

133

DISPUTATIO INAUGURALIS

*De*

PRÆCIPUO  
CONIUGUM,

*sive*

Von dem Brautz  
der Eheleute/

*Quam*

PRÆSIDE SUMMO NUMINE

*Authoritate & Permissu*

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI  
JURISCONSULTORVM IN CELEBERRIMA  
ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE  
ORDINIS

Pro SUMMIS IN VTROQUE JURE HONORIBUS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
*legitimè consequendis,*

*SOLENNI Disquisitioni submitte*

HENRICVS ABRAHAMVS FABER,  
Stutgard. Württenb.

*Ad diem      Mensis      Horis locog, consuet.*

---

ARGENTORATI, TYPIS WELPERIANIS.  
ANNO M. DC. LXX.



133

DISPUTATIO INAUGURALIS

BRACILLO  
CONIUGIUM

DE  
SACRAMENTO MATRIMONII

PRÆSIDIO SUMMO RUMINIS

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI  
RECTORIS UNIVERSITATIS

ALBERTI WILHELMI

HENRICI ABRAHAMVS FABER

ALBERTI WILHELMI  
ANNO M DC LXX





I. N. D. N. F. C.

## PRÆFATIO.

**N**on adeò benè rebus suis consulere videntur, qui omnem suam sollicitudinem ad peregrina extendere non gravantur: *arg. l. s. ff. de LL. & ea, in quibus versantur, Jura ignorare ipsos non pudent: quâ de causâ Servium etiam à Quinto Mutio objurgatum esse legimus in l. 2. §. 43. ff. de O. I.* Quod tamen non dictum volumus, quasi illa, quæ in exteris peraguntur foris, planè sint negligenda, cum sæpius detur occasio, ut in Patriis moribus plenius enotandis lucem solidioris scientiæ peregrina porrigant Jura. Sit exemplo proposita brevis de PRÆCIPUO CONJUGUM tractatio, in qua animadvertere licet, & alia locorum statuta, undè præsidij quid nobis

LI possumus

possumus assciscere, quamvis non usque  
 quaque cum Legibus fori Württembergici  
 concordare. Veruntamen quò Jura Pro-  
 vincialia hâc ipsâ in materiâ principaliter  
 observentur, eò unicè, quantum possibile,  
 nostrum accommodemus laborem, simul-  
 ac eandem secundum vera Juris Romani  
 fundamenta examinemus & perpendamus;  
 haud ignorantes, eam hujus loci eò diffi-  
 ciliorem esse, quòd nemo hæctenus, quan-  
 tum scimus, hanc in specie ac in universum  
 tractare fuerit aggressus: quæstiones enim  
 nonnullas huc spectantes à Viris Celeber-  
 rimis subindè non inutiliter propositas &  
 expositas esse constat. Hinc si conatui o-  
 pus non responderit, ut ipsimet ingenij pau-  
 pertatem causamur, accuratioribus illud  
 suis meditationibus *Candidus Lector* sup-  
 plere non dedignetur, officiosissimè roga-  
 mus. Quò verò institutum nostrum fe-  
 liciori procedat successu,

*Divinum Numen devotâ mente  
 precamur.*

CAP. I.

CAP. I.

Continet vocum Explicationem.

§. I.

CUM verò principium eruditionis, juxta So-  
cratis effatum, sit intelligentia verborum, nos verò  
eam absque diligenti illorum inspectione & consi-  
deratione vix assequamur: Ideoque vocum explica-  
tionem, & quidem primùm vocis Præcipui præmittere operæ  
pretium esse existimavimus.

MEMBRUM I.

De

Voce Præcipui.

§. 2.

Vocabulum Præcipui, Germ: der *Voraus* à præpositione  
præ, vor/ & verbo capere, nemmen/ derivatum, varias re-  
cipit significationes: Quandoque enim Præcipere idem est ac  
docere. Hinc Cicero *de Finib.* Sapientiâ præceptrice in tran-  
quillitate vivi potest: aut præcedere: Virg. *Eclog.* 4. Si hæc  
præceperit æstas. Interdum autem vel illam præcipuum habet  
notionem, quando de Abrahamo Patriarcha legitur, quòd de-  
cimas DEO dederit de præcipuis: B. Lutherus ita vertit,  
*von der eroberten Beütze* / i.e. de capta per victoriam præ-  
da, sive de manubiis, *Hebr. cap. 7. v. 4.* Vel cùm secundùm qua-  
rundam Civitatum & Provinciarum statuta in unione libero-  
rum, liberis prioris matrimonij præcipuum aliquod, i.e. cer-  
ta quædam pecuniaria quantitas vel species assignatur: vid:  
*Rickh. de union. prolium c. 7. n. 24.* Ex usu tamen Juris idem  
interdum ac communiter, quod principale denotat. Sic qui-  
bus præcipua cura rerum incumbit, ij magistri dicuntur, *l. 57. pr.*

LI 2

f. de V. S.



*ff. de V. S.* Præsertim verò illud etiam præcipuum dicitur, quod unus ex hæredibus præ alijs capere jubetur *l. 57. §. 3. de instr. & instr. leg.* Richard. *in §. 1. l. de Legat.* aut quando heres in collatione quasi reali coheredi, ut quantum ipse antea vel dotis nomine, vel alia ex causa præcepit, postea quoque tantum accipiat, quod ex collatione habere debet, permittit *l. 1. §. 12. de collat.* aded, ut nec in hereditarijs tantum quæstionibus huic vocabulo locus sit, quin etiam id, quod ex re alterius Dominorum communis servus quæsit, is, cujus ea res fuit, præcipere dicatur *in l. 24. pr. commun. divid.*

§. 3.

Hujus loci hæc vox refertur ad Conjuges, & idem ac præcaptum, vel præcapiendum denotat, eò quòd antequàm commune Conjugum patrimonium dividatur, hoc, ut alterius Conjugis proprium sit deducendum. In quo significato hòc vocabulò dupliciter iterum utimur: Consideratur enim illud, vel ut Jus præcipiendi, quando scil. quæstio incidit, cui hæc præcipiendi potestas competat: vel ut res ipsæ præcipiendæ, prout accipitur *in J. P. W. part. 4. tit. 4. vers. Wann nun / ic. & vers. Also auch /* quando sub nomine *der Vorausß /* res præcipui loco deducendæ definiuntur. Verùm utraque significatio in hac nostra tractatione proponitur.

MEMBRUM II.

DE

Voce Conjugum.

§. 4.

Conjuges à Jugo dicti, multisque alijs insigniti nominibus, propriè hîc intelliguntur illi, quos inter non tantum vitæ societas, *vid. l. 1. ff. rer. amot. l. 52. ff. de re judic.* sed & vel ex ipsorum conventionem expressa, plerumque eò loci, ubi nullum conjugale bonorum viget consortium; vel consensu tacito ex matrimonio contracto elicito, in locis ubi statutis & consuetu-



¶ (s.) ¶

suetudinibus inter conjuges societas introducta est, bonorum  
communio simul inita videtur.

CAP. II.

Exhibet Præcipui Definitionem, &  
Divisionem.

MEMBRUM I.

DE

Definitione Præcipui.

§. 5.

Absolutâ ita definitione nominali, realem aggredimur,  
quæ quanquam sit periculosa, per l. 202. ff. de R. l. Hic tamen  
commodè talis esse poterit, quòd Præcipuum, quatenus pro  
re præcipienda sumitur, sint bona, quæ Conjuges, posito  
certo mortalitatis, vel alio dissolvendæ societatis e-  
ventu, ut ipsis propria vi statuti, vel jure dominij an-  
teâ competentis, à causa societatis separant & dedu-  
cunt. Quatenus autem pro Jure præcipiendi accipitur, ea-  
tenus Præcipuum est Jus dicta bona, dicto modo de-  
ducendi & separandi.

§. 6.

Cùm duplex bonorum appellatio, altera naturalis, in l. 49.  
ff. de Verb. Sign. altera civilis, in l. 208. ff. d. t. proponatur, fa-  
cilè inde colligere possumus, quâ significatione bona in priori  
definitione generis loco posita accipiantur, nempe naturali,  
per verba §. Wann nun die Schulden entrichtet/ mag ein Ehe-  
mann/te. Würt. L. Recht part. 4. tit. 4. Siquidem civiliter bo-  
na tam commoda, quàm incommoda, atque aded æs alienum  
continent: naturaliter verò bona ea tantùm iutelliguntur, quæ  
quæ sic nobis propria sunt, ut simpliciter beent, sive profint,  
d. l. 49. ff. de V. S. h. e. quæ ære alieno deducto supersunt, l. 72.

Ll 3

pr ff de



pr. ff. de iur. dot. l. 11. ff. de iur. Fisc. l. 83. ff. de V. S. Magnif. Dn. D. Rebhan. Præceptor, Promotor ac Patronus meus omni honore & amore semper suspiciendus in *Hodoger. Chart. 1. clim. 2. p. 212.* Unde etiam ut Coniuges res sibi præcipuas finitâ bonorum communione à causa societatis separare possint, omnino requiritur, ut omnes antea Creditores absoluti fuerint.

MEMBRUM II.  
DE  
Præcipui Divisione.

§. 7.

Hæc autem bona præcipua non unius semper ejusdemque generis esse, ex sequentibus definitionis verbis apparet. Quædam enim obveniunt Coniugibus vi statuti: quædam verò Jure dominij antea competentis. Priora dicuntur illa, quæ durante quidem matrimonio acquisita utriusque Coniugum sunt communia, & sic ad conjugalem acquæstum sive lucrum referuntur; postmodum verò, posito nimirum certo aliquo casu, præcipuo unius vel alterius Coniugis accedunt, vel inter Maritum & Uxoris heredes, vel contra, inter Uxorem & Mariti heredes æqualiter dividuntur. Sic e. gr. Uxore præmortuâ dominium rerum, quæ ad corpus mariti pertinent, vel usui ipsius, & professioni necessaria, atque alia, constante tamen matrimonio parta, licet interim societatis jure communia, in solum maritum ex statuti dispositione transfertur: Præmoriens autem marito prædicta bona Jure societatis tacite contractæ inter superstitem uxorem & mariti heredes dividuntur, *W. L. R. d. p. 4. d. r. 4.* Posteriora verò intelliguntur ea, quæ Coniuges à sua linea hereditate, vel legato, &c. aut aliunde, non respectu hujus communionis initæ acquisiverunt: horum siquidem bonorum, quamvis fructus inter maritum & uxorem communicentur, dominium tamen illorum penes adferentem semper remanet, cum in Ducatu Württemberg. Coniuges ineant societatem tantum bonorum simpliciter, cuius vi non dominium, sed

sed ea solùm, quæ ex quæstu vel opera veniunt, sunt commu-  
nia. *W. L. R. part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuth. & part. 4. tit.*  
*4. §. Wann nun.*

### MEMBRUM III.

DE

Causa efficiente & requisitis ad præ-  
cipuum constituendum  
necessariis.

§. 8.

Causa itaq; posterioris hujus præcipui generis Efficiens est Dominium, Conjugi præcipienti vel ante societatis auspicia competens: vel durante jam illâ ab eodem in bonis præcipiendis proprio jure acquisitum. Causa verò prioris præcipui generis Efficiens est statutum vel consuetudo, in quam Conjuges expressè vel tacitè eo ipso consensisse videntur, dumaliter non pepigerint, quàm ut ipsi matrimonij contractui insit hæc rerum communicatio, illamque postea sequatur qualificata hæc præcipui deductio.

Hinc ut hoc ipsum præcipuum obtineat, requiritur conjugium, & quidem primò tale, quod, ut jam supra dictum, vel pactitiam, sive expressè initam, (cujus etiam mentio fit in *l. 16. §. fin. ff. de alim. & cibar. legat. l. 32. §. 24. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 17. §. 1. ff. solut. matrim.* Hilliger. in Donell. *Enucl. lib. 13. c. 21. lit. b. in not.* Menoch. *consil. 121. lib. 2.* Harprecht. *ad pr. I. de Societ. n. 36.*) in locis, ubi nulla inter Conjuges viget societas: vel tacitam, ex ipso matrimonij contractu à statuto vel consuetudine ejus loci, ubi illa frequentatur, in interpretationem accipiente, conjunctam sibi habet bonorum communicationem: hæc enim communione cessante, cessabit & omnis antè istius divisionem præceptio: Ipsum quippe matrimonium, quatenus in se consideratur, est arctissimum illud fœ-  
dus

dus inter Conjuges, quod liberos procreandi animum quidem  
 & votum includit, *l. 220. §. 3. ff. de V. S. Covarruv. de matrim.*  
*p. 2. c. 3. §. 1. n. 2.* atque individuum vitæ consuetudinem conti-  
 net, §. 1. *l. de patr. potest.* minimè verò, ut Gregorio Tholosano  
*System. Iur. univers. lib. 27. cap. 4. n. 7.* & Paulo Christinæo *vol. 1.*  
*decis. Belgic. 209. n. 1.* placuit, ex hac conjugali cohabitatione  
 sine speciali pacto, lege, vel consuetudine intentionem societa-  
 tem quandam in bonis acquirendis contrahendi statim invol-  
 visse censetur.

§. 9.

Unde hoc etiam præcipuum Jus Cæsareum & Pontificium  
 planè ignorat, utpotè in quibus nulla bonorum inter conjuges  
 tacito consensu contracta reperitur societas; licet contrariæ sen-  
 tentiæ multi non desint assertores, ut Nicol. Boërius *ad consuet.*  
*Bituric. tit. de consuet. matrim. §. 2.* Herman. Meurer. *l. 2. c. 6.*  
*de prof. credit. n. 9.* Nicol. Everhard. *cons. 53. & 56. vol. 2.* aliq;  
 Veruntamen Juri Justin: veram inter conjuges præter promi-  
 scuum communemque rerum usum, bonorum communicatio-  
 nem, qualis pactitia, vel statutaria aut consuetudinaria lauda-  
 tur, prorsus esse incognitam, probabilius sanè ac verius est: *arg.*  
*l. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 6. C. eod. l. 19. §. 1. ff. de pecul.*  
*l. fin. C. de pact. convent.* cujus & opinionis quam plurimos ma-  
 gnæ authoritatis viros videmus defensores, Fichard. *tom. 2. cons.*  
*vol. n. 5.* Befold. *ad I. P. W. part. 4. th. 31.* Vinn. *ad §. 1. l. de patr.*  
*potest. n. 4.* C. J. A. *tit. de Rit. Nupt. th. 26. n. 3.* Petr. Peck. *de*  
*testam. Conjug. l. 2. c. 1.* Pyrrh. *ad Consuet. Aurelian. tit. de societ.*  
*int. vir. & uxor. cap. 1.* Garl. *tr. de Conjug. ac quæst. n. 31.*

§. 10.

Idque licet ad priorem illorum sententiam ulterius confir-  
 mandam adducere soleant dissentientes locum notabilem, in *c. 2.*  
*x. de donat. int. vit. & uxor.* ibi: *possessione etiam quæ ipsis, dum*  
*simul vixerint, cujuscunq; contractus titulo communiter obvene-*  
*runt: & rursus ibi: ipsum ad restitutionem dotis, & divisionem*  
*eorum, quæ olim communiter habuerunt.* Nec non textum ex-  
 pressum in *c. cum societas. 17. caus. 27. q. 2. pr.* Ipsa tamen haud  
 subsistere potest, cum textus *d. c. 2.* fit explicandus de illis bonis  
 dividen-

dividendis, quæ quæſita fuerunt ex pecunia Mariti & Uxoris, & ſic exnummis utriusque proprijs: textus etiam *d. c. 17. de ſocietate tantum cohabitationis loquatur, Covarruv. d. tr. c. 7. §. 5. & 6. Garſ. d. tr. n. 31. Lambert. Goris: in adverſ. iur. tr. 1. c. 1. n. 12. Mæv. ad Ius Lub. l. 1. tit. 4. art. §. n. 7.* Pluribustamen in hac qui edoceri cupiunt controverſia, adeant laudatos Doctores, maximè verò *diſput. de ſociet. bonor. conjug. habit. Tubing. Ann. 1661. cap. 2. §. 1. & ſeqq.* quò etiam benevolum Lectorem, ne propoſiti metas penitus deſeruiſſe videamur, remittimus.

§. II.

Secundò ad præcipuum conſtituendum requiritur etiam Matrimonium per conjugalem conſenſum actu declaratum. Hinc ſponſalia de præſenti publica, (de ſponſalibus de futuro ne dicamus) hoc loco non ſufficere liquet, conſtat, quippè quæ nullam bonorum inducunt ſocietatem, vid. Lopez. *de lucr. Mar. & Vxor. cap. 6. n. 6. & c. 8. n. 17.* ubi autem matrimonialis hæc quæſtuum communio deſicit, conſequens eſt, omne quoque deſicere præcipuum; quanquam haud pauci ſint, qui idem, quod de Conjugum lucro dictum, in deſponſatis etiam obtinere volunt. Callan. *in Conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 2. in verb. femme. n. 17. & ſeqq.* Cothmann. *conſil. 78. vol. 2.* à quibus nec longè abeunt tradita à Gailio *l. 2. obſ. 80.* nihilominus tamen negantium opinio prævalebit, non obſtante hoc, quòd Sponſus Mariti & Sponſa Uxoris nomine decoretur, vid. *l. 4. ff. de fund. dotal. l. 6. §. 8. ff. de grad. & affin.* ipſi enim latè & improprie ita dicuntur: Siquidem, ut verum contrahatur matrimonium, conſenſus non ſponſalitus, ſed conjugalis requiritur, Ludovic. Dunte *de caſib. conſcient. c. 19. ſect. 1. queſt. 27.* quo ſcilicet partes ita conſentiunt, ut ſtatim Conjuges fiant, & indiſſolubile animorum vinculum inter ipſos conſtituatur, atque alter alteri corporis ſui jus det, & viciffim ab altero accipiat, idque ſobolis procreandæ gratiâ, cum promiſſione individua in hac vita conſuetudinis, ad omnia, quæ Deus à Conjugibus præſtari voluit, præſtanda, Zepper. *de Legib. Moſaic. lib. 4. c. 20. pag. 519.* quiq; hodie non niſi in facie Eccleſiæ, in ipſa ſacerdotali benedictione declaratur, vid. Beſold. *vol. 4. conſil. 237. & 247.* B. Gerard.

M m

in loc.



*in loc. Theolog. de Conjug. §. 124. & §. 168. Cypræus tr. de sponsal. c. 5. §. 1. Ludovic. Dunte d. tr. c. 19. de Conjug. q. 27. vers. Resp. sponsalia nuptiis antecedunt. Quid? quod statuta Ducatus Württembergici ea tantum bona, quæ Conjuges constante matrimonio ex quæstu sive negotiatione vel operâ consecuti communicari, §. W. Land R. p. 4. tit. 5. §. Und dann hat: dissoluto verò illo quædam separari concesserit, d. p. 4. tit. 4. §. Wann nun, illosque saltem intellexerit Conjuges, qui defuncti aliquam vel nullam reliquere prolem, d. p. 4. tit. 4. §. Wann ein Ehemann. quæ de sponsis sanè procedere nequeunt.*

§. 12.

Atque hæc omni Juris veritate nituntur, licet prædictis sponsalibus carnalis accesserit copula, argum. eorum, quæ refert Mæv. *ad lus Lub. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 283. & seqq. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. c. 22. n. 11. Gutierrez. de matrim. c. 40. n. 11. & seqq. & c. 70. Trentacinq. lib. 3. tit. de matrim. resol. 1. n. 1. Zæf. in Comment. ff. tit. de spons. n. 4. nec iniquè: cum ex tali concubitu punibili, illicito, & promeritâ carceris pœnâ coercendo nemini lucrum sit indulgendum; sola etiam commixtio carnalis ad matrimonium non sufficiat, ideoque nec lucra matrimonialia pariat, nec locum ejusmodi præceptioni faciat. Imò licet alter desponsatorum causa impedimenti fuerit, quo matrimonium non sit decenter consummatum; arg. §. Wann Eheleuth. *part. 3. tit. 7. rubr. & pr. part. 4. tit. 4. W. Land R. vid. tamen part. 4. tit. 2. §. Jedoch da zwischen. W. Land R. Mæv. ad lus Lub. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 272. & seqq. Unde sequitur, ut futuri Conjuges statutorio lucro, hocque præcipiendi jure fruantur, matrimonij promissionem actu ipso esse impletam, qui verò actus ad corporis commixtionem extendi non debet; quamvis de moribus Frisæ anomalum societatis genus, ut vocatur à Mæv. *ad l. Lub. lib. 1. art. 5. tit. 5. n. 25. à quo hæc bonorum præceptio pendet, tum demum initium sumat, si ingressus thalami & copula carnalis illud subsequantur: Joh. à Sande lib. 2. tit. 5. def. 1. in fin. Quod & de Urbe Ultrajectensi tradit Lambert. Goris in advers. lur. tr. 1. c. 2. n. 1. In Ducatu tamen Württembergico quamprimùm Conjuges coram Ministro verbi***

verbi Divini ritè copulati fuerint, simul & tacitè de bonis, communis lucri gratiâ communicandis, illisque postmodum aut dividendis, aut præcipiendis consensisse censentur, ita, ut thalami ascensio necessaria non sit, vid. *Sürstl. W. Land R. p. 3. tit. 7. §. Wann Eheleut.* ubi munera nuptialia novis nuptis ante ingressum thori conjugalis oblata, acquæstui matrimoniali annumerari expressè cautum legitur; non adversante *pr. tit. 2. p. 4. W. L. R.* in verb. *So nach gehaltenen Kirchgang allbereitt zu ehelichem Beylager kommen / und die Decken beschlagen; & §. Und wollen wir.* verb. *Da sie die Decken beschlagen / und zu ehelicher Beywohnung kommen:* utpote qui de Conjugum successionem, ubi matrimonium non tantum dicto modo perfectum, sed & thalami consensione consummatum esse debet, loquuntur. vid. *Besold. ad l. Prov. Württ. disp. 4. thes. 6.*

C A P. III.  
Tractat de Subjecto.

§. 13.

Quibus autem facultas bona præcipiendi competit, sunt ipsi Conjuges, omnes, quos inter vel expressa vel tacita bonorum viget societas; modò iidem non tantum veras, sed & justas contraxerint nuptias, illasque contractas proprio illorum postea facto & culpâ non dissolverint: illegitimas enim conjunctiones omni destitui effectum patet ex *l. 5. C. de Legib.* hæc verò notissima sit regula, quòd nemo dicatur exclusus, qui Jure non reperitur prohibitus, *l. 49. §. 1. de Procur. cap. 23. de Sponsal.* Igitur qui idoneus judicatur ad ineundum matrimonium, is etiam, illo soluto, aptus habetur ad bona præcipienda, cujuscunque sit conditionis, statûs aut facultatis, arg. eorum, quæ tradit Johann. Köppen. *decad. 1. enucl. 3. n. 35.* Suarez. *de lucro Marit. & Vxor. n. 32. & n. 40.*

§. 14.

Excluduntur ergò ratione primi requisiti ab hac bonorum deductione, qui matrimonium inire aut naturâ impediuntur,

Mm 2 aut



aut lege prohibentur : hâc enim bonorum cum vitæ societate conjuncta non subsistente, nec talis præceptio subsistere poterit: Qui verò sub hoc impedimento, aut prohibitione comprehenduntur, concludere licet ex ijs, quæ à Dd. ad tit. de Rit. Nupt. fuis conscripta sunt ; aded ut naturâ frigidis & impotentibus hæc præcipiendi potestas denegetur, per ea, quæ refert Besold. *ad Ius Prov. Württ. part. 4. th. 32.* Max. *ad Ius Lub. part. 2. tit. 2. art. 12. num. 281.* vid. tamen Carpzov. *in Iurispr. Forens. part. 3. constit. 19. def. 5.* Max. *ad Ius Lub. part. 2. tit. 2. artic. 12. n. 281. & seq.*

§. 15.

Deindè, quoad secundum requisitum hoc præcipiendi jure gaudere nequeunt, qui nullâ accedente Sacerdotis benedictione clandestinis se devoverunt nuptiis, *arg. l. 4. C. de incest. nupt.* inter quos cum nulla sit bonorum communio. *Garf. de acquæst. conjug. n. 160.* nec ante illorum divisionem ulla præceptio erit: Hæ siquidem nuptiæ ratæ sunt quoad indissolubilitatem, *can. 8. c. 30. quæst. 5. vers. Sed objicitur* Sed non legitimæ, quoniam ex dispositione Juris Canonici & Ordine Ecclesiastico hodiè nullum legitimè contrahitur matrimonium, nisi accedat consensus in facie Ecclesiæ publicè declaratus : aded ut soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, *cap. 3. extr. de clandest. despons.* Schurff. *consil. 10. n. 4. cent. 1.* Dissent. Carpz. *Iurispr. forens. part. 3. constit. 14. def. 12.* Wesenbec. *ad ff. tit. de rit. nupt. n. 2.* Cypræ. *de matrim. cap. 3. §. 2. n. 2.* Struv. *Exercit. ad ff. 29. th. 26. per cap. 12. extr. qui filij sint legitimi. cap. 2. extr. de clandest. despons.* quanguam Praxis quotidiana in favorem liberorum contrarium sæpius foveat. vid. omninò Hahn. *ad Wesenb. de rit. nupt. n. 2.* Simili modo, nec isti, qui diuturnæ quidem cohabitationis, sive concubitûs gratiâ ; sed citra affectionem maritalem conjuncti fuerunt, quicquam præcipui loco deducere queunt : cum cohabitatio hæc tum novis Imperii Constitutionibus, ut turpis & inhonesta damnata. *Recess. Imper. de Ann. 1530. 1548. Ord. Polit. t. 26.* Kitz. *de matrim. cap. 9. th. 3.* Dedeken. *consil. Theolog. vol. 3. lib. 1. sect. 3.* tum ordinatione Politicâ Ducatûs Württenb. sub certarum pœnarum comminatione  
 pror-



prorsus detestata fuerit; **Fürstl. Würtemb Lands. Ordn.** fol. 205. §. Alle unsers. & §. Dann welche. **Lindenspür. ad Ord. Prov. pag. 338. n. 2. & 3.** Et quod hocce in concubitu viventes etiam excluderit Jus Provinc. satis comprobatur ex §. Wann nun. verb. mag ein Ehe mann. & §. Also auch. verb. dem überlebenden Weib. **part. 4. tit. 4. Württ. LandR.** Præterea qui incestis se nuptiis, atque aliâ conjunctionis turpitudine polluerunt, hâc præceptione indigni habentur, *arg. d. l. 4. C. de incest. nupt.* quia, quod honestatis & naturæ violaverint Jura, Jura matrimonij consequi haud possunt, *d. l. 4. & §. pen. l. de nupt.* nisi errore acerrimo, non affectato, insimulatoque, nec ex vili causa decepti ejusmodi contraxerint prohibita matrimonia; tunc enim hisce non obnoxii pœnis, quicquid aliàs lucri vel commodi veri Conjuges percipiunt, hi quoque putativi ex illis capere non prohibentur: modò, errore comperto, conjunctionem istam sine ulla procrastinatione dirimerint, *d. l. 4. cum in jure paria sint, scire quippiam ab initio, vel illud postea comperire, & non dirimere factum: facit huc l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. Gloss. ad d. l. 4. in vocab. comperto. Sichard. ad eand. n. 9.* Quare in his quoque putativis nuptiis quæstum communionem locum habere, multis placitum est Scriptoribus, Lambert. Gor. in *adversar. jur. rr. 1. cap. 1. n. 62.* Garf. de *acquæst. Conjug. num. 159.* Baëca de *decim. tutor. præstand. cap. 12. n. 17.* Covarruv. *rr. de matrim. part. 2. cap. 7. in fin.* Petr. Rat. *ad consuet. Picton art. 292. §. 2.* Callanæ. *ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2. in verb. femme. n. 4 & seq.* Et in hanc sententiam Marta in *Digest. noviss. tom. 3. rit de societ. cap. 23.* Lusitanum profert judicatum ejusmodi societatis confirmatorium. vid. omninò Covarruv. *d. §. 1. n. 7.*

## §. 16.

Porro respectu requisiti tertij ab hac bonorum deductione arcentur de adulterio damnati, & sine justa causa discedentes, *arg. §. Wann ein Ehegemächt. part. 2. tit. 32. Württ. LandR.* dummodò reconciliatio non subsequuta fuerit, *d. §. in fin.* quia sic quasi redintegratur matrimonium, & omnia in pristino statu manent, *l. 39. ff. solut. matr.* potiusque jurgium, quàm divortium intelligitur, *l. 13. l. 30. l. 31. ff. de lur. dor. Plebst. diss 2.*

Mm 3

ad J.

ad J. P. W. *th.* 252. pars etiam nocens & aufugiens postea ab innocenti recepta, dissoluto morte matrimonio, vel ad bonorum divisionem, vel illorum præceptionem, prout mortis casus evenit, admittitur. De thoro tamen & mensa disparatis, an hæc præceptionis spe privari possint, insigne dubium oritur; Nos allata quod spectat vel lucra constante matrimonio acquisita, illa, post interdictam cohabitationem, aut dividi, aut præcipi existimamus, quia nulla dari potest ratio, cur sub numero prohibitorum comprehendantur; præsertim cum citra expressam legem, quâ nos hoc in casu destituimur, nemo Jure suo sit privandus: Quæ verò post separationem demùm, cujuscunque etiam culpâ illa facta fuerit, separatus, vel separata quocunque titulo sibi acquirat, hæc ipsa non fieri communia, nec in divisionem venire, aut ab altero eorum præcipui loco deduci, sed solum acquirentem retinere exinde colligimus, quòd, separatione factâ, conjugale illud fœdus tantùm indissolubile maneat, reliqua verò quoad partium intentionem omnia dissolvantur: vid. tamen Garl. *de acquest. conjug.* n. 59. & n. 163. Covarruv. *de matrim. part.* 2. cap. 7. §. 1. n. 6. Johann. Lup. *de Palat. Rub. in rubr. de donat. int. vir. & uxor.* §. 64. n. 10. Lopez. *tr. de lucro Marit. & Uxor. cap.* 8. n. 15. ex quorum de rerum communicatione traditis ultrò apparet, quid de Præcipuo quoad separatos secundùm Hispanorum leges sit sentiendum: Add. etiam Bidacus à Segura *in repetit. ad l.* 67. §. 5. ff. *de legat.* 2. n. 39.

§. 17.

Denique utrum proscriptis, sive in bannum Imperij declaratis, jus hoc præcipiendi adimatur, non omnibus eadem est opinio; Sed negativa ut verior vel ex eo tantùm confirmatur, quod ejusmodi rei hostium instar *arg. l.* 5. §. 1. ff. *de capit. minut.* à communione juris communis, vel etiam statutarij, omniumq; beneficiorum ac privilegiorum excludantur, Carpzov. *in Prax. crim. part.* 3. *quest.* 40. n. 91. & latè Andre. Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *per tot.* quanquam permissionem in exilium non intereat matrimonium, *l.* 13. §. 1. ff. *de donat. int. vir. & uxor.* aut publicatis aliàs universis focii Conjugis banniti bonis connubialis, (secus ac legalis illa de Jure Civ. vid. §. 7. 1. *de societ.* l. 63. §. fin. l. 65. §. 12.)

l. 65. §. 12. ff. eod.) utpote quæ arctissima, amplissimaque est, com-  
 munitatem complexa totius vitæ, familiæ & domicilij. Chri-  
 stian. Rodenburg. *tr. de jure Conjug. cap. 1. tit. 3. n. 16. pag. 333.*  
 non distrahatur societas; vel isti etiam exules ea, quæ juri-  
 Gentium sunt, retineant. *arg. l. 22. §. 5. ff. Mandat. l. 17. §. 1. ff. de*  
*pæn.* nihilominus tamen ob prædicta amissa juris nostri statuta-  
 rij beneficia, amissamque Civitatis protectionem, nec hujus præ-  
 cipui compotes esse possunt; nisi plenissimè restituti, pristina  
 consecuti sint jura, *arg. l. 1. §. fin. C. de sent. pass. & restit.* Quem-  
 admodum & reliquis omnibus, qui nec impediuntur, nec pro-  
 hibentur, ut hæc præcipiendi facultas concedatur, legis ratio  
 postulat: ita ut naturali unius Conjugis morte soluto matrimo-  
 nio, (ad quem modum etiam tanquam societatem conjugalem  
 dissolvendi frequentiore tota hac in tractatione respeximus,  
 illumque exempli loco adduximus, idque occasione *d. d. §. 5.*  
*Wann nun. & Also auch. W. Land R. part. 4. tit. 4.*) solutâq;  
 proinde conjugali bonorum societate, *arg. l. 4. §. 1. l. 59. l. 63. §. 10.*  
*ff. pro soc.* Superstes Conjugum non modò bona in societatem il-  
 lata, aut constante matrimonio proprio sibi jure acquisita, sed  
 quædam ex acquæstu parta jus præcipiendi habeat, *W. Land R.*  
*p. 4. tit. 3. §. Imfall. p. 4. tit. 4. §. Wann nun. Jacob. Schultes.*  
*lib. 1. quest. 14. n. 18.* nisi societas illa matrimonialis ex singu-  
 lari statuti alicujus loci dispositione, inter superstitem, & de-  
 functi Conjugis heredes etiam post mortem continuata videat-  
 ur, vid. *Garf. de acquæst. conjug. n. 55. & n. 166. Didac. à Segura*  
*in l. 1. §. fin. ff. de liber. & posthum. n. 74. Johann. à Sande lib. 2.*  
*tit. 5. def. 9. Paul. Christina. in Comment. ad Leges Mechin. tit. 6.*  
*art. 34. n. 9.* Add. etiam *Lambert. Goris in advers. lur. tract. 1.*  
*cap. 9. n. 4. & 8.* perinde ac Jure communi, quando expressè  
 conventum est, ut post unius socij mortem inter reliquos nihi-  
 lominus maneat societas, *l. 65. §. 9. ff. pro soc. Garf. d. tr. n. 167.*  
 Namque tali modo nulla horum bonorum adhuc communium  
 separatio commodè fieri potest;

## CAP. IV.

CAP. IV.  
Agit de Objecto.  
MEMBRUM I.

De  
Bonis vi statuti præcipuis.

§. 18.

Suprà paucis annotavimus, quòd, quamvis de Jure Patrio (ut & alijs multis in locis, vid. Francisc. Milans. *lib. 1. decis. 18.* Pap. Grozez. *ad consuet. Bourbon. tit. 31. §. 240. & seqq.* Grivell. *decis. Dolan. 13. n. 1.* Boër. *ad consuet. Bituricens. tit. de consuet. matrim. §. 2.* Lopez. *de Lucro Marit. & Vxor. cap. 9. n. 63*) vigeat societas tantùm simpliciter bonorum, quâ ea, quæ ex quæstu, si-ve negociationibus proveniunt, aut Conjugum operâ vel industriâ acquiruntur, nämlich die in wâhrender Ehe errungen und gewunnene Güter, communicentur. Würt. LandR. *part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuth.* Sapius tamen speciali ejusdem loci statuto Maritus & Uxor, posito certo mortalitatis eventu, vel quâdam ex his acquisitis præcipiat, vel ipsa acquisita inter illos æqualiter dividantur. Sic si Maritus literatus bibliothecam, aut Miles arma bellica, aut Opifex instrumenta constante matrimonio sibi acquisiverit, utique illa in communem familiæ utilitatem, licet Maritus solus iisdem, tanquam artis & opificij aut professionis suæ necessariis instrumentis utatur, comparata videntur; quòd verò præmortuâ dein Uxore, so fern das Weib vor ihm mit Todt abgangen. (hæc enim conditio probè hîc notanda venit) ipsa Præcipuo Mariti cedant, satis etiam constat ex J. Prov. Württenb. *part. 4. tit. 4. §. Wann nun: ibi: Desgleichen auch nach Gelegenheit der Personen seine Bücher / reisige oder Leib- Pferd / Gewehr und Harnisch / Werkzeug / und was dergleichen Stücke seind / zu des Mannes Stand / Wesen oder Hand- thierung fürnehmlich gehörig / zc. als das seinig hinweg nehmen.*

§. 19.

Simili ratione, si Maritus rusticus, vel auriga tempore du-  
 rantis matrimonij, non verò demùm post è communi heredita-  
 te, emeret equos, item instrumenta ad agriculturam, aut vectu-  
 ram necessaria, ipsa quidem ad conjugalem referuntur acquæ-  
 stum, quin tamen ex his instrumentis & animalibus, præmori-  
 ente postea uxore, quædam ad Mariti Præcipuum pertineant,  
 non dubitamus: hoc siquidem fit ex singulari legis dispositio-  
 ne, proposita hisce sequentibus verbis: *Und so er (der Mann)*  
*ein Waur, oder Fuhrmann wäre/ auch vier oder mehr Ross/ Zug-*  
*Ochsen oder Stier herre/ das ein: Und wo er allein dasselbig her-*  
*re/ dasselbige Ross / Zug- Ochsen oder Stier: und allwegen zu*  
*zweyen Rossen / Zug- Ochsen oder Stieren einen ganzen Wagen:*  
*Zu einem Ross/ Zug- Ochsen oder Stier aber einen Karren/ mit*  
*dem zu solchen auch zu den Rossen gehörigen nothwendigen Fuhr-*  
*geschirz nach sein (des Mannes) selbs gefälliger Wahl / beydes*  
*unter den Rossen / Zug- Ochsen oder Stieren / auch Geschirz und*  
*Geschirz/ re. als das seinig hinweg nehmen: Württ. LandR.*  
*P. 4. t. 4. §. Wann nun. Besold. ad J. P. W. disp. 4. ch. 16.*

§. 20.

Nec aliud obtinet quoad vestes, annulos atque alia Mu-  
 lieris ornamenta, constante conjugio, sive titulo lucrativo, sive  
 oneroso acquisita, *Württ. LandR. part. 4. tit. 4. §. Also auch.*  
*verb. So der Man vor verstorben/ sollen dem überlebenden Weib*  
*alle ihre Kleider/ Einodien/ Geschmuck / und was sonst ohn-*  
*gefährlich zu ihrem Leib gehörig/ re. gefolgt werden. Idque sine*  
*distinctione, sive fuerint pretiosa, quæ scil. ad ornatum saltem*  
*pertinent, & festivis diebus illius splendori subserviunt, sive ad*  
*usum quotidianum destinata, ad quæ non minus, quàm ad ali-*  
*menta Uxori suæ præstanda Maritum teneri scribit Anton. Fa-*  
*ber. in Cod. lib. 5. tit. 13. def. 3. n. 2. propter generalem, vel po-*  
*tius expressum d. §. textum in verb. Einodien und Geschmuck.*  
*quæ sanè ornamenta ad vestimenta quotidiana, vel, ut Dd. illa*  
*vocant, jocalia vel omninò non; vel rarò, quò leges vel statuta*  
 Nn respicere



respicere non videntur, *l. 4. ff. de Legib.* pertinent; ita, ut nulla hic appareat inæqualitas, cum eodem planè modo, quo Maritus quædam ex rebus communibus præcipit; Uxor etiam, Marito præmoriens supervivens in solatium amissi Conjugis ex singulari Jure quasdam res præcipuas habeat; & præsertim, quòd Conjuges, eveniente certo mortis casu, in præcipuum hoc à statuto determinatum tacitè consensisse intelligantur. Nec obstat, quòd debita, ex causa emptionis dictorum ornamentorum contracta sint socialia, & ab utroque solutâ societate solvenda: hinc ad quem damnum ad illum etiam commodum pertinere debeat, *l. 10. ff. de R. I.* cum hoc idem de rebus à Marito præcipiendis subsumendum esset: Sed hoc fit ex accidenti, posito certo mortalitatis eventu, quod accidens non impedit, quò minus æs alienum ex ejusmodi causa, quâ res ad præcipuum Uxoris spectans quæritur, rectè dicatur sociale; namque ut supra ostensum, Conjuges tacito illorum pacto hoc Præcipuum comprobâsse censentur: Imò insuper facilè contingere potuisset, ut, Uxore præmortuâ, Maritus etiam de hoc Uxoris præcipuo partem tulisset. Et licet quis inde inferre possit, quòd obligationis conditio hæc ratione ex persona heredum mutetur, quod utique iniquum esset, *l. 2. §. 2. ff. de verb. oblig.* & sic id, quod antea ad Maritum Jure domini pertinebat, ipsius heredibus denegetur: Verùm hoc nobis prorsus non adversatur, cum nulla hic fiat obligationis mutatio, nec Uxor præcipuum hoc Jure successionis, sed vi statuti consequatur: & quidem *d. l. 2.* de illo casu, v. g. quòd actio in defuncto realis; in heredibus personalis fieri non possit, ac ita de obligationis natura præcisè sit intelligenda: Nos autem de rei natura, quæ quoad dominium, vel ratione suæ tantùm qualitatis ipsi in hærentis facilè mutari potest, loquamur: Quod autem de dominio horum muliebrium ornamentorum dictum, fuit illud penes Maritum solùm revocabile, quod ipso præmoriens, in Uxorem statim transit, ita, ut eveniente hoc casu Uxori ad illa integra consequenda, si non possideat, detur rei vindicatio propter transitum legalem. Denique etiam, quamvis positâ hæc sententiâ sequeretur, in hoc præcipuo respici ad usum, atque sic consequenter omnes res, quibus Conjuges utuntur, altero prius è vivis decedente, ad alterius

alterius præcipuum pertinere: sed sine ratione, cum hoc in casu ad ipsum tantum statutum, quod Marito prædictas res, Uxori verò hæc ornamenta tribuit, respectus habeatur: vid. tamen *Mæv. ad Ius Lub. lib. 1. tit. 5. art. 4. n. 44. & seqq.* & alios, quos sequitur *Dd. Cassanæ. ad consuet. Burgund. rubr. 4. § 6. verb. Sur la moitié.* *Wesenb. vol. 3. consil. 134. n. 56. & seq.* *Gail. lib. 2. obs. 91. per tot.*

Atque hæc ita procedunt, nisi vel quoad superius dicta Maritus, vel Uxor secundum subsequencia præmoriatur: Sic enim bona modò enarrata inter Uxorem & Mariti heredes, aut Maritum & Uxoris heredes æqualiter dividi decisim extat in *J. Prov. Württenb. part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuth. juncta §. Wann nun. part. 4. tit. 4.*

## §. 21.

Cæterum lubet hîc annectere antiquissimam illam consuetudinem Argentorati receptam, quâ Conjux superstes quandam ex re domestica portionem loco præcipui, quod vocantur **Sür die Liebthat** / ex acquæstu dividendo deducere potest; Idque forsan in præstitæ fidei constantisque amoris præmium, vel ut extet gratæ memoriæ monumentum. Itaque si Maritus præcedat, & lucra constante matrimonio acquisita exæquent vel excedant centum & quinque pondo nummorum, seu quod idem, ducentos & decem florenos, Uxorem tùm aliquam ex his acquisitis portionem, quæcunque fortè ex præsentis supellectile ipsi placuerit, non majoris tamen valoris, quàm secundum Stabuli taxationem, dem **Stall. tax nach** / decem pondo, & quinque solidos, **sehen Pfund / fünff Schillinge / h.e. zwanzig Gulden dreißig Kreuzer**: vel prout congruum fert pretium, **nach dem billichen Werth** / quindecim pondo & septem solidos, **fünffsehen Pfund / und sieben Schillinge** / præcipui nomine deducere posse. Econtra si Mulier præmoriatur, Maritum tunc eandem etiam partem, exceptis illis septem solidis, ex eadem re, ejusdemque valoris præcipiendi facultatem habere; ita tamen, ut si prædicta portio postea vendatur, ipsa etiam ultra quinquaginta florenos sæpius sit valitura. Et hæcenus de bonis vi statuti præcipuis.

Nn 2

MEM.

MEMBRUM II.

DE

Bonis Jure dominij antea competen-  
tis præcipuis.

§. 22.

Sequuntur nunc ea bona, quæ quilibet Conjugum soluto conjugio à causa in itæ societatis Jure dominij antea competentis deducere possunt. Ad quæ primò referuntur hereditates, quæ sive ex successione legitima, sive testamentaria: Dissent. Jacob. Schultes *quest. forens.* 14. n. 19. 27. & seqq. Cassanæ. *ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2.* verb. & *acquest. num. 4.* alterutri Conjugum obveniant, non communicari, sed integræ heredi deberi, expressè dispositum est in Jure Provinc. Württ. *part. 4. tit. 4. §.* Wann nun, verb. auch was er von seiner Wittwen her ererbt / oder sonst ihme vermacht. & §. Also auch. verbis iisdem. *arg. l. 9. ff. pro soc.* Lopez. *de Lucro Marit. & Vxor. c. 9. n. 63.* Suarez. *de lucro Marit. & Vxor. tit. 1. n. 46.* Francisc. Milanens. *decis. 18. lib. 1.* Barbof. *ad l. 10. ff. solut. matrim. num. 67.* Boërius *ad consuet. Bituricens. tit. de consuet. matrimon. §. 2.* Besold. *ad l. P. W. p. 4. th. 17.* cum una eadèq; hinc militet ratio, quòd, quæ non ex negociatione, aut Conjugum solertiâ, vel statuti dispositione, sed aliunde quocunque modo, etiam ex testantis benevolentia acquiruntur, ab illo matrimoniali commercio prorsus excludantur, nec acquæstibus postmodum accenseantur: & huic sententiæ tanquam veriori adstipulantur Petrus Heig. *p. 1. quest. 30. n. 30.* Mæv. *ad Jus Lub. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 59.* Licet hodie in quibusdam locis illa frequentetur consuetudo, quæ & hæc commoda hereditaria ab extraneo relicta conjugali commisceat acquæstui: vid. Pyrrh. *ad consuetud. Aurelian. tit. de societ. int. vir. & uxor. cap. 11.* Cassanæ. *ad consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 2. verb. & acquest. n. 4.* An verò etiam bona, quæ à Parentibus in anticipationem mortis & successionis



cessionis alteruter Conjugum accepit, utrique ipsorum æqualiter acquisita censeantur, aut propria tantum accipienti remaneant, vid. Besold. ad J. Provinc. Württenb. part. 4. tb. 17. Molina. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 17. num. 3. pag. (mihi) 327. Tiraquell. de retract. municip. §. 32. n. 46. & seqq.

## §. 23.

Et hæc, quæ de hereditatibus hinc recensuimus, eadem quoque in legatis, fideicommissis, & mortis causâ donationibus locum habent. Württenb. LandR. part. 4. tit. 4. §. Wann nun: ibi: oder sonst ihm vermacht, verschafft und zugefallen. & §. Also auch. Boerius ad consuetud. Bituricens. tit. de consuet. matrim. §. 2. Lopez. de lucro Marit. & uxor. cap. 9. n. 36. Sanz. tr. de divis. honor. lib. 2. cap. 15. n. 18. nisi, ut supra monuimus, speciale statutum vel consuetudo hæc quoque legata, aut fideicommissa atque alia ex singulari affectione nobis relicta matrimoniali annumeret lucro, ceu de moribus Aurelianensium illud refert idem Pyrrhus ad consuetud. Aurelianens. tit. de societ. int. vir. & uxor. cap. 11. alias lucra ejusmodi minimè communicentur, quamvis inter Conjuges societas lucri & quæstus sit inita. Etenim lucri quidem nomen est generale, & comprehendit omnia quomodocunque quæsitæ, etiam hereditates & legata, l. 1. l. 3. §. 1. l. 73. pr. ff. pro soc. Petr. de Ubald. tr. de duob. fratrib. part. 5. sub num. 2. Gomes. lib. 2. resol. jur. cap. 5. n. 4. Hector Felic. tr. de societ. c. 12. n. 2. imò & ea, quæ modò excogitari possunt, ut inquit Gravett. lib. 2. consil. 294. n. 1. Illud tamen coarctatur appositâ quæstus voculâ, quâ non veniunt titulo lucrativo obvenientia, l. 9. l. 10. l. 11. ff. pro soc. Gomes. d. lib. 2. resol. jur. cap. 5. n. 4. Sed quæ circa Conjugum operam, l. 8. ff. pro soc. negociationem, aut ipsorum diligentiam & solertiam versantur, arg. l. 7. ff. pro soc. Francisc. Milanens. lib. 1. decis. 18.

## §. 24.

Dona quod attinet, illa, cum diversi sint generis; alia ab ipsis Conjugibus; alia verò ex benevolo extranei affectu profecta: Illa vel nuptiarum causam respiciant, vel extra matri-

monij causam offerantur: Hæc aut nuptialia sint, aut simplicia, aut remuneratoria; ideoque singula ordine percurremus.

§. 25.

Et quidem illorum, quæ nuptiarum gratiâ fiunt, quinque recensentur species: Prima est donatio propter nuptias, olim ante nuptias dicta, §. 3. *l. de donat.* quæ, licet in dotis securitatem & remunerationem facta sit, nihilominus tamen ad Maritum, qui illam fecit, Uxore præmortuâ, dote quoque prius in tuto locatâ, revertitur; *cap. fin. extr. de donat. int. vir. & uxor. Württ. & Recht part. 4. tit. 4. §. Wann nun; ibi: Wie nicht weniger sein zugebracht Heyrath. Guth. Carpzov. part. 2. constit. 42. de fin. 1. n. 7. Rolandus à Valle vol. 1. consil. 62. in præfat. aut ad Mariti defuncti heredes transmittitur, arg. *l. un. §. 6. C. de rei ux. act. Carpz. part. 2. constit. 42. def. 1. num. 8.* Mulier verò illam haud lucretur, *d. c. f. Vincent. Hondedæ. vol. 1. p. 3. consult. 48. n. 2.* quod & communi Scabinorum Lipsiensium iudicio confirmatum legitur apud Carpzov. *d. def. 1. n. 8.* verb. So ist auch bemelte Wittib / das ihr constituirte Gegenvermächtnuß nach Gelegenheit zu fordern nicht berechtiget: Aded ut nec liberis prioris Conjugij, sive ad secundas migraverit nuptias, sive non migraverit, quicquam de illa servare cogatur Maritus, *l. 18. C. de donat. ant. vel propt. nupt.* sine ullâ distinctione, seu ipse seu extraneus pro illo Uxori donaverit, *d. l. 18.* quia sic viro donasse videtur, *arg. d. l. 18. leg. un. §. 13. C. de rei ux. act.* nisi specialiter ejusmodi donator aliud convenerit: excepto Patre, qui donationem istam, quam pro Filio in sacris existente fecit, uxore decedente repetit, *l. 2. C. de bon. quæ liber.* quod tamen secus est moribus nostris, cum per matrimonium Filius exeat è domo Patris, i. e. ab ipsius potestate: vid. tamen Württ. LandR. *part. 3. tit. 2. §. Und wiewohl die Kinder.* Licet eam mortuo Patre conferre debeat, *l. 17. C. de Collat. Württ. LandR. part. 4. tit. 13. §. Und sollen: tantum, si Patri succedere velit: aliàs non compellitur, arg. *l. fin. ff. de dot. collat. Joh. Adam Brunner. tract. de collat. cap. 4. n. 775. & seqq. Unde etiam Ernest. Cothman. resp. 50. n. 22. & seqq. vol. 1. titulum hujus donationis propter nuptias quoad originem non lucrativum, sed, ut ejus verba sunt,***

dotis

dotis tantum conservativum nominavit, *Mæv. ad Ius Lub. lib. 10. tit. 6. n. 27.* quod omnino veritati & Juri consentaneum est, nisi aliud consuetudine aut lege statutaria obtineat, *d. c. fin. extr. de donat. int. Vir. & Vx.* Hartmann. Pistor. *lib. 1. quest. 14. n. 34.* Conrad. Rittershus. *ad Novell. part. 5. cap. 1. n. 8.* Sicut hoc ipsum de Jure Saxonico, observari testatur idem Rittershus. *p. 5. c. 14. n. 7.* Quid verò hâc de re Serenissimus noster Legislator statuerit, sufficientem nobis exhibet informationem *J. Prov. Württenb. p. 4. tit. 5. & seqq.* Et quidem non statutis tantum, sed & pactis idem fieri posse, ut uxor prædictam donationem vel totam, vel pro parte lucretur, probatur per *d. c. 2. & l. 9. C. de pact. convent. Nov. 2. c. 4.* ibi: *si vellet accipere ante nuptias donationem, secundum quod ei permittunt pacta;* modò conventiones hæc doti æquales sint, *d. c. 2.* quæ tamen æqualitas an hodiè attendatur, pluribus de ea videri poterit Ampliff. Dn. D. Burckard. Bardili, Patronus ac Præceptor meus æviternum colendus in *disp. de donat. propt. nupt. Tubingæ Anno 1653. pro gradu habita § 60.* Ne in hac ipsa quæstione, quæ ad præsens propositum tantum non spectat, simus prolixiores.

§. 26.

Transeamus ergò ad bona Uxoris dotalia, quæ secundam constituunt speciem, circa quæ tamen probè hîc distinguendum esse putamus inter bona dotalia in specie venditionis gratiâ æstimatò data, quorum dominium, quasi contractâ emptione, in Maritum transit irrevocabile: *l. 10. pr. ff. l. 5. l. 10. C. de Iur. dot.* Molina. *de l. & l. tr. 2. disp. 416. n. 7.* Unde etiam Maritus, soluto conjugio non illa ipsa, sed eorum tantum pretium reddere debet: Non aliter, ac in rebus, quæ pondere, numero vel mensurâ constant, in dotem datis, liberum Marito dominium competit, ubi tamen aliæ ejusdem tantum generis & qualitatis à Marito finitò matrimonio restituantur, *l. 42. ff. de jur. dot.* Et inter bona dotalia in specie oblata planè inæstimata, vel taxationis tantum gratiâ æstimata, quorum quidem dominium in Maritum transit, sed revocabile solùm, non perpetuum, ita ut considerato soluti matrimonij eventu, & sic Jure Mariti expirante ipsa etiam in specie restituenda veniant: sub qua explicatione illa



illa quoque potest admitti sententia, quod Mulier domina dotis censeatur, illiusque naturaliter domina mansisse dicatur in *l. 30. C. de iur. dot.* & eandem postea, inspecto Conjugij exitu jure dominij antea competentis præcipiat: nisi & quoad hæc dotalia bona lucranda, consuetudine vel statuto aliquo contrarium inveniatur receptum, *cap. 8. extr. de donat. int. vir. & uxor.* Rittershus. *ad Nov. part. 5. cap. 14. n. 7.* aut specialia pacta inter Conjuges confecta fuerint, quæ omnimodò valent, si Mulierem superstitem non reddant prorsus indotatam, sive aliàs dotis causam in præjudicium illius non faciant deteriorem, *d. c. 8. l. 48. ff. de pact. Auth. equalitas. C. de pact. convent.*

§. 27.

His proxima est tertia species, Sponsalitia largitas, quam desponsati sibi invicem propter spem futuri matrimonij ad mutuum amorem & benevolentiam conciliandam donare solent. Perez. *ad tit. C. de donat. ant. nupt. in pr.* Giphani. *ad §. 3. l. de donat. vers. quod veteribus. in fin.* Et hæc quidem nuptiis non secutis, fortè, quod morte alterutrius impedimentum intervenerit, à Sponsa data, iterum ad ipsam de Jure Civili transfertur: à Sponso verò donata, si Sponsam non fuerit osculatus, tota infirmatur, ipsique, aut ejus heredibus restituitur: Sin tamen intervenerit osculum, dimidiam donati partem Sponsa ejusve heredes lucrantur, per textum expressum in *l. 16. C. de don. ant. nupt.* Rationem hujus differentia tradit Sichard, *ad d. l. 16. n. 8.* Verùm ab hac Juris communis dispositione recesserunt mores hodierni, sed diverso modo: alibi enim, ubi osculum urbanitatis, aut officij signum est, adeoque osculo pudicitia delibari non creditur, æquata Sponsi Sponsæque conditione Sponsis superstilibus munus hoc addicere solet. Mæv. *ad l. Lub. part. 1. tit. 6. n. 13.* Alibi verò, ut in Foro Wurttembergensi, spe nuptiarum morte alterutrius sublatâ supervivens sponsalitiã largitatem indifferenter retinet. *Wurttemb. LandR. part. 4. tit. 2. in pr. ibi: oder sonst Verehrungsweise;* Quod si culpa accipientis matrimonium non sequatur, ex nova Constantini constitutione sponsalitia largitas resolvitur. Sin dantis, firma manet donatio, *l. 15. C. de don. ant. ant. nupt.* Sed si neque desponsatorum

tatorum morte, neque culpâ nuptiæ impeditæ, sed actu ipso consummatæ fuerint, dominium doni hujus sponsalitij statim irrevocabiliter in Uxorem transfertur, aded ut de eo liberè disponere, imò Marito in dotem dare, *l. 1. l. 14. C. d. r.* & sic illud Marito præmortuo, æquè atque hæctenus de dote dictum, à rebus communibus separare possit, propter textûs generalitatem in *d. §. Also, verb. so sie neben dem Heyrath. Gut in andere weg gehabt. part. 4. tit. 4. Würt. LandR.*

## §. 28.

Succedit quarta, nimirum, Arrha Sponsalitia, in testæram Symbolum & probationem sponsaliorum contractuum data, *Carpzov. lib. 1. Jurispr. Consist. defn. 51. n. 5.* quæ quidem Jure quoque Justinianæo, matrimonio alterutrius morte non secuto, simpliciter à dante repetitur, *l. 3. C. de Spons. Trentacinq. lib. 3. resolut. 2. de matrim. n. 7. Beust. de jur. connub. p. 1. c. 16. vers. Secundo. Bocet. class. 1. disput. 9. thes. 24.* Secus ac de Jure Württenb. quo accipientis, vel ejus heredum lucro arrha sponsalitia cedit. *Würt. LandR. part. 4. tit. 2. in fin. pr. ibi: soll ohne sonderbare Verschaffung / oder Gemächte das überlebende von dem verstorbenen (außerhalb / was es von demselben bey seinen Lebzeiten auff die Ehe empfangen) nichts erben.* Utpote quo jure ejusmodi arrha contra Juris Civilis dispositionem simul & donandi animo datur. Imò si idem Jus commune attendatur, dicamus, quòd nec secutis nuptiis accipiens quicquam de arrha in sponsalibus tradita exigere possit, *arg. l. 3. C. de sponsal. Dissent. Franciscus Marcus part. 2. decis. Parlam. Delphin. 9. 748. n. 4. per d. l. 3. C. de spons.* ubi à contrario argumentatur, nimirum, si conjugio morte impedito arrha restituitur, sequitur, quòd secuto illo retineatur: Sed falsò, nam arrha sponsalitia non datur, ut jam dictum, animo donandi, *arg. d. l. 3.* sed ut sit probatio tantùm, & signum sponsaliorum contractuum, quo signo, cùm, matrimonio plenè perfecto, non amplius sit opus, consequens est, dantem more creditoris, soluto debito, pignum illud repetere posse, *arg. l. 11. §. 6. ff. de act. empr. nisi causam, quòd nuptiæ non celebratæ fuerint, præbuerit, quo casu propria ipsum culpa damnabit.* Atque hanc sententiam communio-

Oo

munio-

muniorem & veriore defendunt Gutierrez. *tr. de matrim. c. 18. n. 9.* Trentacinq. *lib. 2. resol. 2. de matrim. n. 28. in fin.* Sanchez. *tr. de matrim. l. 1. disp. 36. n. 2.* Covarruv. *tom. 1. de matr. p. 2. c. 3. §. 7.* Magnif. Dn. D. **Lauterbach**. Præceptor, Patronus ac Promotor meus perpetim colendus in *Different. Iur. Civ. & Württenb.* ad Part. IV. J. Prov. Württ. *ib. 3. & 4.* Verumenimverò consuetudine, ut & speciali quorundam locorum statuto his de sponsalitiis (ita enim simpliciter arrhæ sponsalitiæ appellantur *i rubr. C. si Rector Prov. vel ad eum pertin. sponsalitiæ dederint*) diversum planè sancitum est, quòd nimirum desponsati, nuptiis secutis, arrhæ nomine accepta, pleno Jure retineant. Paul. Laimann. *in Theol. moral. lib. 5. tr. 10. part. 1. cap. 1. n. 8. vers. quin imò.* Joh. à Sande *l. 1. decis. Frisc. v. 2. d. 8. in fin.* Quod etiam confirmâsse Leges Provinciales, testatur jam laudatus celeberrimus Jctus Dn. D. **Lauterbach**. *d. loc.* ut exinde facilè dignoscere possimus, quòd ejusmodi arrha sponsalitiæ nullam admittat divisionem, sed prædefuncto marito, ab Uxore supervivente Jure dominij deducatur, *arg. pr. in fin. W. LandR. part. 4. tit. 2. ibi: auff die Ehe. & seq. §. tit. 4. §. Also auch, ibi: in ander weg gehabt.*

§. 29.

Sequitur ultima & quinta species, Donatio scilicet Morgengabica, die Morgengab. *Württenb. LandR. part. 4. tit. 4. §. Also auch, verb. nicht weniger ihr Morgengab.* quam nimirum Sponsus in novam Conjugem solenni die nuptiarum ob causam primi concubitus confert, ut nimirum sit pretium quasi delibatae pudicitiae, & præmium pro thesauro fœminei honoris ipsi proximâ nocte concedito. Hoc enim donatum, quamprimùm ab Uxore acquisitum est, ad quosvis statim transmittit heredes, Hartman. *Pistor. lib. 1. quest. 44. n. 7. & seq.* Simon. *Pistor. consil. 20. n. 33. part. 2.* Carol. Molin. *consil. 52. num. 34.* Ideoque si adhuc in vivis existat, multò magis Marito præcedente, illud sibi tanquam proprium cum reliquis ipsius bonis deducere poterit, etiamsi à Marito illius promissio tantùm facta fuerit. *Württ. LandR. d. §. Also auch, ibi: da ihr einigevort ihrem verstorbenen Mann versprochen.* Nec resistit nobis, quòd  
ut à

ut à quibusdam traditur, vid. Sichard. *ad rubr. C. de donat. ant. nupt. num. fin.* donatio hæc Jure Cæsareo ( ne dicamus de Jure nostro statuario, quo illa omnino valida est ) commodè sustineri non possit, ex ea ratione, quòd contracto & consummato matrimonio interveniat, *arg. l. 1. §. r. r. ff. & C. de don. int. Vir. & Vxor.* & ided, vel Marito, vel ejus heredibus restituenda, præcipuo Uxoris frustrà accenseatur. Siquidem prædicta hæc donatio non est aliqua simplex, propria, & directa donatio, sed sit ob causam primi scil. concubitûs & honoris gratiâ, qualis inter Conjuges non reperitur prohibita, *l. 41. l. 42. ff. de donat. int. Vir. & Vxor. Mæv. ad Ius Lub. lib. 1. tit. 6. n. 37.* aded ut ipse Sichard. *d. loc.* se irrisum fuisse addiderit, quòd aliquando contrariam in judicando secutus fuerit opinionem : & meritò hoc ipsi accidisse arbitretur Wehner. *observ. pract. voc. Morgengab.* quoniam notissimâ Germaniâ, imò totius ferè Imperij consuetudine invaluerit, Hartmann. *Pistor. lib. 1. quest. Iur. quest. 44. n. 1. Bocer. in Comment. ad tit. 7. l. de donat. §. 3. n. 105. & seqq.*

§. 30.

Cæterùm, quamvis illæ donationes, quæ extrâ causam nuptiarum inter Conjuges durante matrimonio celebrantur, regulariter prohibitiæ sint, *r. r. ff. & C. de don. int. Vir. & Vxor.* tùm ne donationibus intemperantes profusâ ergà se facilitate mutuo se amore spolient, *l. 1. ff. d. r.* tùm, ut famæ ac honori eorum consulatur, ne pretio magis, quàm officijs amor inter eos conciliatus videatur, *l. 3. pr. ff. d. r.* tùm, ne discuti matrimonia ac dissolvi contingat, si non donaret is, qui posset, *l. 2. ff. d. r.* Et quidem aded bonæ rationi consentanea visa est hæc inter Conjuges donationis prohibitio, ut non tantùm multa Jctorum Responsa eandem explicaverint, & illustraverint, quin etiam tota ferè Europa suas inter leges retulerit : teste Scip. Gentil. qui de donationis hujus prohibitione scripsit ex professo *lib. 1. cap. 1. in fin. & cap. 5.* Attamen non ita coarctè hujus legis prohibitoriæ interpretatio capienda est, quasi suas non patiatur exceptiones, vid. *C. J. A. tit. de don. int. vir. & uxor. th. 6.* ubi ultrâ triginta recensentur, quarum nec ultima est, si donatio inter Conjuges facta non sit revocata, sed donans usque ad mortem



in voluntate perseveraverit, tunc enim morte illâ confirmatur, l. 32. §. 2. ff. l. 1. l. 10. l. 24. l. 25. C. de don. int. Vir. & Uxor. Heig. part. 2. quest. 17. n. 6. etiamsi donatio per modum stipulationis sive conventionis absque traditione fuerit facta, per l. 32. §. 1. & l. 33. pr. ff. d. t. Dissent. Mæv. ad Ius Lub. lib. 1. tit. 6. n. 57. Covarruv. rubr. de testam. part. 3. n. 3. & 6. Myns. cent. 2. obs. 33. n. 3. per l. 23. ff. d. t. vid. Bocer. in Comment. ad tit. 7. l. de donat. §. 2. n. 22. & seqq. Hoc tamen ad mortem civilem, veluti deportationem, aut bannum extendendum non esse, expressi Juris textus in l. 32. §. 6. ff. l. 24. C. d. t. comprobant. Nec juvat dissentientem Berlich. pract. conclus. p. 2. conclus. 15. n. 16. allegasse l. 13. §. 1. ff. d. t. cujus verba præcedentia subsequenter restringuntur, ne scilicet absolute, sed secundum quid accipiantur, eum in effectum, ne Fiscus bona uxori donata deportato Marito, sibi vindicet, sed ut illibata maneat, donec naturali Mariti morte plenissimam donatio, acceperit firmitatem: Add. l. 24. C. d. tit. Interim verò admiramur Christianum Rodenburg: dum hanc legum de confirmanda morte donatione concessionem adhuc damnosam judicaverit in tr. de Iur. Coniug. tit. 2. cap. 4. n. 7. pag. 239. quâ etiam cogitatione abreptus Argentæus, paulò tamen liberio rem vocem in hoc Jus Romanorum strinxit: insulsum vocans hac in re eorum institutum, rubr. de don. in pref. num. 13. cum tamen nec lege, nec ratione careat, sed insuper laudatissimis etiam locorum statutis comprobetur, præsertim patriis legibus, dum Uxori dona à Marito constante conjugio in ipsum collata, à reliquis bonis Jure dominij separare concessum fuerit: W. LandR. part. 4. tit. 4. §. Also auch, ibi: So dann was Ihr in wehrender Ehe von ihrem Ehemann geschencket (wofern es von dem Mann bey seinen Lebzeiten nicht widerrufft), als ein beständiges Geschenk (licet sint pretiosa, wann es gleich nicht gering-schätzig) modò ab Uxore testibus, scripturâ, vel alio legitimo modo ut vera donata probetur, auch sie solches beweisslich darthun könne/ gefolget werden.

§. 31.

De Xenii sive donis nuptialibus, Hochzeitgeschenck/  
Brauttagel-gab/ quæ scilicet à cognatis aliisve ad Nuptiarum  
festivita-



festiviratem invitatis benevolentiae contestandae gratia Sponso, Sponsaeque offeruntur, discrepant DD. sententiae, an ea Mariti vel Uxoribus lucro cedant, aut aequaliter inter illos dividenda sint: Alii igitur indistincte illa, si Sponso dentur, soli Sponso cedere; Sin Sponsae tribuantur, ad ipsam pertinere, eamque semper praecipua habere: vid. Thesaur. decis. Pedemont. 195. n. 1. & seq. sive ab uxoris, sive Viri consanguineis oblata sint, per l. 38. pr. & §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. Sed si communiter novis nuptis offerantur, dimidiam partem cuique deberi volunt. Quidam vero inter donantes faciunt distinctionem, & ab amicis aut Sponsi consanguineis oblata, ipsi Sponso: Sponsae autem, quae ab ejus cognatis ei donata sunt, adpropriari exinde concludunt, quod cognati Uxoribus ex singulari affectione magis Uxoribus, quam Sponso haec munera offerre voluerint, & vice versa: de quibus vid. Berlich. pract. conclus. part. 3. cap. 32. per tot. Daniel, Moller. ad Constit. Saxon. part. 3. const. 23. per tot. Nonnulli tandem illa inter novos Conjuges dividenda esse arbitrantur, cui opinioni, tanquam aequissima & verissima nos nostrum quoque addimus calculum: idque ob duplicem rationem, tum, quod hic ad convivarum voluntatem, mentem ac intentionem, qui dubio procul utrique tam Sponso quam Sponsae donata cupiunt: tum ad specialem legis dispositionem illa ad acquasum conjugalem referentem, prout hoc ipsum expressis etiam verbis in J. P. W. part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleut. ibi: solle an allen in wehrender Ehe errungen und gewonnenen Gütern (darunter auch dasjenige / was den Eheleuthen zu ihrer Hochzeit verehret worden / zu rechnen) iedem Ehegemächte der halbe Theil zugehörig seyn: maximè respiciendum sit: quamvis alterutri pro more regionis, aut ratione occasionis oblata fuerint: Carpzov. Jurispr. Fezens. part. 3. const. 22. def. 1.

§. 32.

Quoad reliqua vero dona, quae Conjugibus tempore constantis matrimonij offeruntur, distinguendum esse supra diximus inter simplicia & remuneratoria. Illa non venire communicanda, sed donatario, aut donatariae statim acquiri, & ab ipso, ipsave, conjugio soluto, praecipui apparet ex J. P. Württ.



part. 3. tit. 7. §. Wann dann: ibi: oder sonsten Schenkungs-  
weise bekommen. part. 4. tit. 4. §. Also auch. verb. oder einig und  
allein vergabet worden / sive fuerint mobilia, sive immobilia, d. §.  
Also auch. ibi: und sie dergestalten überkommen / es were gleich  
an liegenden Gütern oder Paarschafft gewesen / quippe quæ  
nullam habuerunt causam acquæstus conjugalis, sed ex solo  
donatoris liberali animo profecta. Georg. Everhard. vol. 2. conf.  
4. n. 2. Boër. ad consuetud. Bituricens. tit. de consuet. matrim. §. 2.  
Francisc. Milanens. lib. 1. decis. 18. Besold. ad J. P. W. part. 14.  
th. 18. nisi unius vel alterius Conjugis contemplatione dona-  
tio facta fuerit, tunc enim ei acquiritur donatum, cujus recor-  
datione donum oblatum est: W. Land R. part. 4. tit. 4. d. §.  
Also auch. ibi: und nicht von des Mannes wegen; quia, quæ-  
cunque alterius intuitu & gratiâ in alterum conferuntur, per-  
inde habentur, ac si ab illo ipso, cujus respectu hic accepit, hæc  
consecutus fuisset, l. 19. §. 1. ff. de pecul. l. 10. §. 6. de vulg. & pup.  
substit. Menoch. libr. 3. præsumpt. 28. n. 1. vid. Garl. cr. de ac-  
quæst. conjug. n. 101. & multis seqq.

§. 33.

Quid si Convictores discessuri hospitiæ quid donaverint;  
illud ipsa tanquam præcipuum retinere non valebit, sed cum  
Viro propter officia æconomica, ad quæ Uxor obligata est, o-  
mninò communicabit per l. 7. & 8. ff. pro soc. & d. §. Wann  
Cheleit. part. 3. tit. 7. W. Land R. ubi ea, quæ operâ, indu-  
striâ, aut personæ solertiâ acquiruntur, quæque illarum occasio-  
ne Conjugibus obveniunt, conjugali annumerantur acquæstui.  
Sic quandoque consuetudine vel quorundam locorum statuto  
donationes ejusmodi simplices ad bona etiam communicanda  
referuntur, id quod mores Aurelianensium, & leges Frisicæ  
observâsse, testes sunt Pyrrhus ad consuetud. Aurelianens. tit. de  
societ. int. Vir. & Vxor. cap. 11. Joh. à Sande lib. 2. tit. 5. defin. 3.  
modò donans expressè non prohibuerit, ne alter Conjugum de  
re donata participet. Cassanæ. ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2.  
in verb. est participante, n. 2.

§. 34. Dona

§. 34.

Dona quod respicit remuneratoria, quæ scilicet ob benemerita merenti obveniunt, wann einem wegen geleisteter Dienst etwas geschenket worden / illa donatarij præcipuo cedere nequeunt, ob hanc rationem, quòd verà donationis appellatione non veniant, l. 9. pr. l. 18. §. 1. §. 5. & §. fin. l. 27. l. 34. ff. de donation. nec sub regulis donationum contineantur, vid. Garl. de acquest. conjug. n. 123. & seqq. & tr. de donat. remunerat. n. 13. & seqq. Suarez. de lucro Marit. & uxor. tit. 1. n. 34. Sanz. de divis. bonor. lib. 2. cap. 11. n. 3. Besold. ad J. P. W. part. 3. th. 57. Nunc autem notum est, hanc demùm donationem communio- nem non admittere, quæ nullo Jure cogente, nullâ interveni- ente operâ, ex sola donantis liberalitate & affectione simplici- ter in aliquem confertur, l. 9. ff. pro soc. quæ verò ejusmodi præ- cedentia habet merita, in quibus præcipua aliqua apparet ope- ra, ut potius & veriùs dici posset compensatio, quàm donatio, & sic tota pertineat ad titulum & causam onerosam, adeòq; pro- pter quam Jus aliquod agendi vel retinendi aliàs conceditur, ut in casu l. 27. & l. 34. §. 1. ff. de donation. illam omninò inter Vi- rum & Uxorem communem fieri; nisi merita multum excesse- rit: tunc enim superfluum hujus donationis remuneratoriæ ad solum pertinere donatarium, tradit Besold. ad J. P. W. part. 3. th. 57. in fin. Sanz. de divis. bonor. lib. 2. cap. 11. n. 43. quia tamen æstimationis meritorum certitudo ita facilè dari non potest, ideòq; ad judicis arbitrium hoc in casu recurrendum esse monet idem Sanz. d. cap. 11. n. 44. & Tiraquell. in l. 8. in verb. donatio- ne. n. 102. in fin. C. de revocand. donat. vid. Gœdel. vol. 4. consil. Marpurg. 27. n. 116. & 119. Seraphin. Olivar, Razzal. part. 1. dec. 416. n. 20. & 31. ibi: si excedit merita judicamus eam in ex- cessu esse donationem puram ex mera liberalitate: Quid verò hæc de meritorum exæquatione judicaverit Garl. videre licet in tr. ejus de Conjug. acquest. n. 126.

§. 35.

Porro ad bona Jure dominij præcipienda referimus etiam Feuda antè contractum conjugium acquisita per ea, quæ habet  
Frideric.

Frideric, à Sande *in Comment. ad Consuetud. Feud. Geldr. tr. 2. t. 2. cap. 3. n. 4. & seqq.* Lambert. Goris *in advers. lur. tr. 1. cap. 3. n. 3.* cum ea, quæ tempore initi matrimonij in dominio adferentis fuerunt, non cadant in conquestum, aded nec postea divisioni obnoxia sint. Johann. à Sande *lib. 2. decis. Frisic. tit. 5. def. 8.* Imò feudorum naturam huic communioni repugnare, inquit Ludolph. Schrader. *tr. feud. part. 8. c. 1. n. 53.* utpote quâ Jus domini directi non manet illæsum, dum ipsi invito alius obtruditur vasallus, contra *c. si duo de fratribus. 2. Feud. 12.* Ludvvell. *Synops. feud. c. 17.* Lambert. Goris *in advers. lur. tr. 1. cap. 3. n. 4.* aded ut nec hoc casu locus æstimationi illorum nomine relinquatur, Frider. à Sande *d. cap. 3. n. 6.* licet speciatim eorundem pacta sit communio, Everhard. *conclus. 53. n. 9. & 10.* ubi ad interesse tantum, hoc pactum adimpleri tenentur Conjuges, Frideric. à Sande *d. c. 3. n. 6.* Goris: *tr. 1. cap. 3. n. 8.* Utrum verò hæc de præcipua feudorum deductione tradita ad feuda quoq; constante matrimonio parta trahenda sint, vid. Rosenthal. *de feud. cap. 7. conclus. 17. n. 17.* Bruckmann. *consil. 44. n. 62.*

§. 36.

Denique illa, quæ durante licet conjugio, non tamen ex causa societatis tacitæ contractæ, sed ex Jure antè matrimonium in alterutrius Conjugis persona radicato comparata sunt, ad hoc quoque præcipuum, dissolutò Conjugii vinculo, pertinebunt. Sic quod ex retractu Jure consanguinitatis tempore constantis matrimonij acquiritur, non efficitur inter Conjuges commune, sed cum ex titulo antiquiori, & à Jure sanguinis ipsius retrahentis illud, quod retrahitur, dependeat, retrahentis proprium erit. Carol. Molinæ. *ad Consuet. Paris. §. 20. gloss. 1. n. 47. & seq.* Petr. Sanz. *de divis. honor. lib. 2. cap. 11. n. 11.* sibi que hoc ipsum mortuo altero Conjuge, Jure præcipui deducere poterit; quamvis restituenda sit postmodum dimidia pars pretij, & impensarum acquisitionis defuncti Conjugis heredibus, si forsan ex nummis communibus hujus rei dependentis redemptio facta fuerit. Molin. *d. l.* Pari ratione, si alter Conjugum prædium aliquod ante matrimonium contractum emerit, pretium verò illius constante demum matrimonio venditori solverit, prædium ejusmodi  
emptum

emptum non communicabitur, sed proprietati emptoris cedet: arg. §. *vendite. 41. l. de rer. divis.* Garl. *de acquest. Conjug. n. 61.* idedque & illud cum reliquis rebus suis propriis, si soluto matrimonio, honorum divisio fiat, à communibus separabit. Nec adversatur nobis Besold. ad J. P. W. *part. 4. th. 21.* & quem citat Cassanæ. *ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 9. verb. anciens. & d. §. 9. verb. de rous debtes. n. 2. in add.* quorum ratio, quod semper habendus sit respectus ad tempus destinatae solutionis, tanti ponderis non est, ut eam, quâ causæ potius & tituli, cujus respectu solutio fieri videtur, tempus introspicitur, destruiere possit. Johan. à Sande *lib. 2. tit. 5. def. 3.* quippe implementum saltem contractus jam ante matrimonium perfecti in tempus illius consummati inciderat; ne tamen emptor rem emptam simul cum pretio fortassis ex communi pecunia desumpto propriam sibi habeat, æquitatis ratio postulat, ut tempore instituta divisionis ipse vel tantò minus accipiat, vel alteri Conjugi medietatem illius refundat: Garl. *de acquest. Conjug. n. 61.* Plura ejusmodi qui desiderat exempla, adeat Roderic. Suarez. *de lucro Marit. & Vxor. tit. 1. n. 24.* Petr. Sanz. *de divis. bonor. lib. 2. cap. 11. num. 7.* Garl. *tr. de acquest. conjug. n. 99. & in tract. de expens. & meliorat. cap. 22. n. 12.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 36. n. 164.*

## §. 37.

Vidimus quidem hactenus, quod bona, quæ Conjuges in connubialem intulere societatem, quæque illâ constante, proprio sibi jure quæsiere, jure Domini communia non fiant, sed illorum propria maneant, & ab ipsis finitâ societate præcipiantur, arg. *l. 7. & seqq. ff. pro soc.* Württ. *Land R. part. 2. tit. 29. §.* Ferner wollen. *part. 4. tit. 3. §. Im fall. tit. 4. §. Wann nun. & §. Also auch.* Joh. à Sande *lib. 2. decis. Frisc. tit. 5. def. 8.* Jacob. Schultes *lib. 1. quest. 14. n. 18.* Licet aliqui tum demùm, si res ipsa principalis communicetur, veram esse societatem doceant, contra *l. 13. circa fin. ff. de P. V. l. 25. §. 6. ff. locati. l. 52. §. 2. vers. si in coeunda. ff. pro soc.* vid. Franzk. *in Comment. ff. rit. pro soc. n. 45.* Hector Felicius *tr. de societ. cap. 9. num. 48. & seqq.* Lugo *de l. & l. disp. 30. sect. 1. n. 4.* aded, ut nec in dubio dominium præsumatur inter Conjuges communicatum. Mudæus *ad*  
P P d. l.

*d. l. 32. §. 2. ff. pro soc. n. 10.* nisi aliud consuetudine, vel lege municipali sit introductum. vid. Joh. à Sande. *d. lib. tit. 5. defn. 5.* quin tamen fructus exinde perceptos ad acquæstum conjugalem, zu den errungen und gewonnenen Gütern pertineant, consentit cum communi ferè Dd. Schola Lopez. *de Lucro Marit. & Vxor. cap. 6. n. 10. & seqq.* idque sive sint industriales, cum non sine Conjugum industria & opera proveniant, sive naturales; quamvis enim vel nullam vel exiguam culturam & curam requirant, illi tamen præter custodiam & operam, quæ ad eorum collectionem & conservationem omninò etiam impendi debet, ex tacita conjugum conventionem, aut loci consuetudine, pro industriales, jure quæstum censendi sunt: nec quicquam refert, cuiuscunque ferè generis & qualitatis sint bona Conjugum propria; sint licet successione, testamento, legato, fideicommissò, aut donatione comparata: vid. Lopez. *d. rr. cap. 9. n. 65.* sive feudalia Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 15. n. 16.* Lopez. *d. rr. cap. 6. n. 10.* Hector Filic. *rr. de Societ. cap. 12. n. 37.* Quod idem statuendum quoad fructus rerum propter nuptias donatarum, & dotalium: quanquam enim de Jure Civili fructus ex illis donatis Maritus percipiat, *arg. l. 29. C. de iur. dot.* Hilliger. *ad Donell. Enucl. lib. 14. c. 9. l. c.* hæc de causa, ne, si mulieri acquirerentur, Maritus propter onera matrimonij omnino dotis commodo careret, contra *l. 20. C. de iur. dot.* aut dotales etiam in compensationem onerum matrimonij lucretur, *l. 7. pr. ff. de iur. dot.* quia tamen mores hodierni conjugale bonorum consortium introduxerunt, ex quo Conjuges res suas omnes quoad fructus communicatè creduntur, hæc quoque commoda ipsis communia fiunt. vid. Lopez. *d. c. 6. n. 11.* De fructibus quidem rerum paraphernalium, quas scilicet Maritus administravit, (nam de aliis, quarum Mulier liberam sibi reservavit dispositionem, frustranea disquisitio est) dubitatur, an de jure communi Marito acquiritur, aut apud uxorem permaneant: Et totam hanc rem distinctione, quam ex Bart. *in l. pen. pr. ff. ad L. Falcid.* Menoch. *lib. 3. de presump. cap. 9. per tot.* desumptam exaggeravit, expediri posse existimamus: Fructus enim aut adhuc extant, & omninò sunt præstandi uxori, *l. 49. §. 1. ff. de R. V.* ipsosque Jure vindicat, aut ad heredes transfert, *l. 33. §. 1. ff. de donat.*

*donat. int. Vir. & Vxor.* Thesaur. decis. Pedemont. 187. num. 3. aut à Marito consumpti sunt: & quidem vel dissentiente uxore; quo casu illorum æstimationem præstandam esse putat Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 7. th. 9. lit. b.* vel illâ consentiente; & nullus inde restitutioni locus dabitur: Covarruv. *de matrim. cap. 7. §. 1. n. 2.* sub hac tamen conditione, si fructus sint industriales, (vid. tamen *l. fin. C. de pact. convent.* ibi: *circa se & uxorem.* Menoch. *d. loc. n. 15.* Bachov. *d. th. 9. lit. b.*) nam si sint naturales, & quidem magni valoris, tunc Maritum, in quantum locupletior factus est; restituere oportet, *l. 33. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Sin verò minoris pretii, lucro Mariti cedunt. Bachov. *d. lit. b.* Covarruv. *d. l.* Quod si tamen nec de consensu, nec de dissensu Uxoris constet, in dubio Maritum ad restitutionem teneri concludunt plurimi Dd. Mæv. *ad Ius Lub. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 53.* & quos allegat, Thesaur. decis. Pedemont. 187. n. 4. & 5. Cravett. *conf. 193. in fin.* Matth. de Afflict. *decis. 44. n. 8.* ex eo, quodd administrator, qualis in rebus paraphernalibus ipsi concessis Maritus est, percipiendo fructus proprios sibi facere non possit: Sed nos magis arridet benignior Bachov. *d. lit. b.* tradita sententia, duobus fundata rationibus, quodd primò Maritus non sit simplex administrator, sed in dubio fructus perceptos in communes usus impensisse præsumetur, ubi ratio lucri & acquisitionis consistit: Deindè quodd Imp. Justinian. *in d. l. f. C. de pact. convent.* Marito fructus & usuras rerum paraphernalium circa se & Uxorem expendendi facultatem dederit. Verùm quicquid his de fructibus Jus Civile disposuerit, statuto tamen vel consuetudine introductâ inter Conjuges bonorum communione, hos etiam fructus ex rebus paraphernalibus provenientes ad acquæstum rectè annumerari docent Petr. Sanz. *rr. de divis. bonor. lib. 2. cap. 11. n. 17.* Lopez. *d. rr. cap. 6. n. 11.*

§. 38.

Utrum verò eodem modo augmenta proprietati constante matrimonio accedentia, quo fructus ex eadem acquisiti, conjugibus communicentur, an quivis eorum illa sibi propria, & institutâ bonorum divisione præcipua retineat, controversum est. Nos posteriori subscribimus opinioni; idque siye naturæ

Pp 2. coops



cooperatione facta sit accessio, siue temporis beneficio aucta alterutrius Conjugum proprietas, Garf. *tr. de expens. & meliorat. cap. 22. n. 15.* Covarruv. *de matrim. cap. 7. §. 1. n. 9.* Hinc si durante Conjugio agro Mariti quid per alluvionem flumen adjecerit, ipsi soli acquiritur, Besold. *ad J. P. W. part. 4. ch. 29.* Aut si Maritus durante matrimonio nactus sit ex consolidatione ususfructum prædij, cujus proprietas penes ipsum ante tempus contractus conjugalis constitit, tunc nec quicquam ex ejusmodi acquisito ususfructu ad communionem pertinet, Garf. *tr. de acquæst. conjug. n. 93.* Covarruv. *de matrim. cap. 7. §. 1. n. 9.* Gutierrez. *lib. 2. pract. quest. 116. n. 1.* Ayora. *de partit. bonor. part. 1. cap. 8. n. 20. & 21.* tum quòd ususfructus proprietati consolidatus jure proprietatis censeatur, *l. 4. ff. de jur. dot.* Covarruv. *d. l.* tum quòd Jure ususfructuarij extincto, siue modum hujus acquisitionis inspiciamus, ipse dicatur recuperatio tantum & consolidatio, vel reversio rei ad suam originem, facta propria vi, siue ulla hominis industriae aut operæ adhibitione; siue causam, cujus virtute adjudicatur hæc consolidatio, consideremus, procul dubio sit antiquum illud Jus, quod competebat Marito ante contractum matrimonium: vid. pluribus Molinæ *ad tit. 1. de matiere feodal. §. 30. n. 177. pag. 474.* Undè à nobis dicta non destruunt textus in *§. 9. 1. de legat. & in l. 82. §. 2. ff. de legat. 1. à dissentientibus Nicol. Boër. ad consuet. Bituricens. tit. de consuet. matrim. §. 2.* Cassanæ. *ad consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 2. verb. & acquæst. n. 11. & seq.* Suarez. *tr. de lucro Marit. & Vxor. tit. 1. n. 59.* allegati: utpote ex quibus pertinens argumentum deduci nequit: Etenim licet ibidem fundi alieni legati proprietate à legatario ante diem cedentem, detracto ususfructu, redempta, ex alio, nempe oneroso, acquisita videatur titulo, ipse etiam consolidato postea illo ususfructu, si dies legati cesserit, proprietatis emptæ æstimationem tantum petere possit: E contra verò ex alia causa, nimirum lucrativa ususfructus ad legatarium pervenerit, unde nec illius æstimationem heres ipsi solvere teneatur: ne duæ causæ lucrativæ circa unam rem, in unam eandemque personam contra legis prohibitionem cadant, *§. 6. 1. de legat.* Prædicti tamen Dd. malè exindè inferunt, ergò si consolidatus ususfructus alio, quàm proprietate comparatur, titulo, necesse



cesse esse, ut usufructus Maritum inter & uxorem communice-  
 tur: quoniam nos usumfructum hinc exclusum volumus, non  
 quod ex eodem, quo proprietas, jure, eademque causa censeatur  
 acquisitus; sed quia ex necessitate causae antiquatae, propria vi  
 ac rei naturae, sine novo facto cum proprietate unitur, *d. l. 4.* Et  
 hoc ita procedit, nisi usufructus ex emptionis causa matrimo-  
 nio durante, rei Mariti propriae accesserit, tunc enim istum con-  
 jugibus communem fieri non negamus, hanc tamen appositam di-  
 stinctione, si facultas tantum utendi fruendi empti fuerit: quia  
 sic non ex causa praeterita, sive occasione proprietatis, sed empti-  
 onis titulo Jus istud proprietarius consequitur. Nam si ipse u-  
 usufructus domino proprietatis ab usufructuario fuerit cessus, il-  
 le tantummodo eum lucrabitur, sibi que finito matrimonio pro-  
 prium habebit; cum usufructus usufructuarij ossibus ita inhae-  
 reat, ut ab eo avelli non possit, tanquam Jus personale, vid. §. 3.  
*l. de usufr. l. 57. ff. solut. matr. Vinn. in Comment. ad §. 1. l. de usu*  
*& habitat. n. 5.* sed cessione demum proprietario facta, statim  
 cum proprietate uniatur, *d. §. 3. l. de usufr. l. 66. de iur. dot. Vinn.*  
*add. §. 3. n. 4.* ita ut ipse solidam solus postea proprietatem nan-  
 ciscatur, nec hic usufructus amplius formalis dici possit, *Vinn.*  
*add. §. 3. n. 3;* quo tamen casu pars pretij erogati vel aestimatio-  
 nis alteri Conjugi restituenda venit: *arg. l. 12. ff. pro soc.* Et  
 quidem non tantum enumerata temporis vel naturae beneficio  
 contingencia augmenta ad eum, cujus ipsa principalis res est, per-  
 tinent, quin meliorationes etiam in re alterutrius Conjugis tem-  
 pore constantis matrimonij factae operae hominis & industriae  
 postmodum in bonorum divisione illi soli cum ipsa re cedant,  
 quia suo semper principali accessorium cohaeret. *Tiraquell. de*  
*retract. municip. §. 1. gloss. 18. n. 58. & seqq.* ne tamen alter cum  
 alterius jactura ditescat, aestimatio illarum alteri Conjugi tantum  
 communis erit: *Garf. de acquas. conjug. n. 73.*

## §. 39.

Sed nec abs re illa hinc apponi meretur quaestio, quid oppi-  
 gnoratis, permutatis, & venditis prioris praecipui generis bonis  
 obtineat, num ea liberè alienare, & alienanda sua, quae inde con-  
 sequitur, Maritus facere possit? Et primò tenendum est, Mari-

Pp 3

tum

Cum illis in rebus non considerari ut Dominum, cum Juris ma-  
 ritalis beneficio tanquam Rex & Caput suae familiae, principa-  
 lem tantum bonorum consequatur administrationem, Württ.  
 LandR. part. 3. tit. 7. §. Was dann: ibi: Als deme die Admi-  
 nistration und Verwaltung darinnen gebühret. Suarez. de lucr.  
 marit. & uxor. tit. 1. n. 58. Ita, ut sub hac Jus alienandi praeter  
 suam portionem non videatur concessum: Boer. ad consuet. Bi-  
 turic. tit. de consuet. matrim. §. 3. Mastryllus lib. 1. decis. 75.  
 Quoniam circa has ipsas res laxiorem aliquam potestatem o-  
 mnium respectu statuta quaedam & consuetudines Marito indul-  
 geant. Petr. Sanz. de divis. bonor. lib. 2. cap. 13. Suarez. dict. loc.  
 Pyrrhus ad consuet. Aurelian. tit. de societ. int. vir. & uxor. c. 11.  
 Boerius ad consuet. Bituric. tit. de consuet. matrim. §. 3. Josephus  
 de Sesse decis. Arragon. 141. Quaedam vero respectu aliquarum,  
 illam restringant, Lambert. Goris in advers. jur. tract. 1. c. §. n. 7.  
 Molina de l. & l. tom. 2. disp. 422. n. 8. Eandem tamen de alie-  
 natione tantum inter vivos facta, plures intelligunt Dd. Cas-  
 sanæ. ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 4. pr. Peckius de testam.  
 Conjug. lib. 2. cap. 1. n. 2. Joseph. de Sesse. decis. Arragon. 141. n. 12.  
 Modò non in fraudem uxoris alienaverit Maritus, Lopez. de lu-  
 cro Marit. & uxor. cap. 10. n. 28. Petr. Peck. d. lib. 2. cap. 1. Max.  
 ad Jus Lub. lib. 1. tit. 9. art. 1. n. 13. Nam hoc eum fecisse si con-  
 stiterit, accommodandam Uxori actionem ad revocationem  
 exemplo actionis Paulianæ putavit Christian. Rodenburg. tract.  
 de Jur. Conjug. cap. 1. tit. 2. n. 10. Deinceps licet Maritus hanc  
 ex praedicto Jure concessam habeat alienandi facultatem, eam ipsam  
 tamen, quicquid negotiando, permutando, aut alienando ac-  
 quirat, acquirat simul Uxori pro sua parte, ipso Jure, etiam quo-  
 ad dominium & possessionem, sed pro indivisa tantum: vid.  
 Württ. LandR. part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuth. ibi: Solle an  
 allen in wehrender Ehe errungen und gewonnenen Gütern jedem  
 Ehegemächte der halbe Theil zugehörig seyn. Covarruv. lib. 3. va-  
 riar. resolut. cap. 19. n. 2. Garl. de acquast. Conjug. n. 12. & n. 172.  
 Didac. à Segura tr. de lucr. marit. & uxor. n. 44. & seqq. Lam-  
 bert. Goris in advers. jur. tract. 1. cap. 5. n. 2. Donell. 13. Com-  
 ment. 16. Frantzk. in ff. tit. pro soc. num. 44. in fin. vid. tamen  
 Carol. Molinæ. ad consuet. Paris. §. 37. gloss. 1. n. 1. & 2. Gri-  
 vell.

vell. decis. Dolan. 65. vid. etiam Besold. ad Ius Prov. Württenb. part. 4. th. 29.

## §. 40.

Ulterius utilis hæc nobis erit investigatio, ut sciamus, an vi hujus promissionis, quâ Maritus Uxori anulum, vel auream catenam, quinquaginta fottè florenos valentem, non habenti, eam se empturum promisit, uxor superstes annuli hujus, vel aureæ catenæ pretium, præmortuo Marito, tanquam præcipuum deducere possit. Et quidem, si Jus Civile attendere velimus, distinguendo inter diversas promissionis species; utrum nimirum promissio facta sit interventâ in continenti stipulatione, quo casu, quin promissio hæc valeat, & actio Uxori ad pretium rei istiusmodi promissæ præcipui loco exigendum competat, non dubitamus. Si verò Maritus anulum se empturum nudo tantum pacto, citra stipulationem promiserit, nulla sanè actio contra ejusmodi præmortui Mariti promissoris heredes ad annuli pretium præcipiendum competeret. Constat enim nudas conventiones Legum Romanarum vinculis ita adstrictas non esse, ut ex illis aliqua detur actio, l. 27. C. de locat. l. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. convent. Non obst. l. 6. C. de transact. l. 15. ff. de P. V. l. 3. §. 4. ff. de condict. caus. dat. vid. Vinn. tr. de pact. cap. 6. n. 5. 6. & 7. quamvis ad earum observationem moribus nostris nos teneri testentur Wesenb. ad tit. de pact. n. 10. Carpzov. part. 2. Const. 19. def. 17 n. 7. & 8. & part. 2. Const. 32. def. 10. num. 9. Vinn. d. tr. cap. 7. n. 6. vid. etiam W. Landk. part. 2. tit. 23. pr. Quare hujus etiam loci Uxor, præcedente Marito, pretium annuli, vel aureæ catenæ, nudo licet pacto promissæ, tanquam præcipuum deducere poterit; modò hæc promissio à Marito facta, postea etiam ab Uxore verè probata non cadat in fraudem legis istius prohibitoria, quâ profusas inter Conjuges largitates inhibuere Romani.

## CAP. V.

CAP. V.

Proponit ipsam præcipui deductionem.

§. 41.

Præmissis hisce, agendum nunc erit de ipsa præcipui deductione: Antequam igitur dissoluto morte unius Conjugis matrimonio (illo enim adhuc durante nulla nec petente uxore dividi debent bona. Didac. à Segura *tr. de lucro Marit. & Vxor. cap. 1. n. 2.* vid. tamen Carolus Molina. *ad consuet. Paris. §. 37. gloss. 1. n. 2.*) bonorum instituatur divisio, tunc in societate simpliciter bonorum, si vel, inverso mortalitatis eventu, Maritus, vel Uxor præmoriatur, res, uti jam dictum, ex causa societatis quæsitæ aut Jure societatis, non successionis, ut quibusdam visum, Wehnero *thesaur. pract. voc. Drittheit.* & aliis à Grivello *decis. Dolan. 90. n. 7.* citatis inter Conjuges æqualiter dividuntur, aut quædam ex his ipsis ab altero illorum vi statuti præcipiuntur: reliqua verò bona, quæ quivis Conjugum in hanc intulit societatem, vel proprio sibi jure quæsit, Jure domini, quod penes inferentem semper remanet, recipit. Würte. *LandR. part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuth. part. 4. tit. 4. §. Wann nun. & §. Also auch.* Suarez. *de lucro Marit. & Vxor. tit. 1. n. 61.* Garl. *tr. de acquest. Conjug. n. 63.* Quod si tamen vel res ipsa præcipienda detineatur, vel jus præcipiendi negetur, quâ actione ad illam consequendam, & hoc vindicandum ex præcipuo competente præcipiens agi debeat, dubitatione haud caret. Videtur enim instituendam hîc esse ratione rei præcipiendæ actionem pro socio: quia hoc ipsum judicium ex matrimoniali oritur commercio, lucrumque ex hoc acquisitum, quod mutatur interdum in præcipuum, prædictâ actione communicatur, ipsi etiam socii Conjuges eâdem consequi intendunt omne, ad quod societatis nomine sibi invicem sunt obligati. Verùm cum actio hæc pro socio sit personalis, illaque agatur de rebus, quæ communes non sunt, ut in commune redigantur, *l. 52. §. 8. l. 73. & seq. ff. pro soc.* aut licet ipsa sit de rebus communibus, non tamen eâ id intenditur, ut res illæ dividantur, sed ut in medio ponantur.

nantur, Vinn. lib. I. quest. select. quest. 36. proinde eam hinc com-  
 petere vix credimus, nisi de re ex acquæstu quidem, solutâ ta-  
 men societate, præcipienda agatur ad rem illam in medium con-  
 ferendam, ut præcipi possit: quo tamen casu actio potius ex so-  
 cietate propter præcipuum descendens, quàm actio ex præcipuo  
 competens institui dicitur. Probabilius igitur dari hoc loco  
 actionem communi dividendo videtur, eò, quòd illa  
 partim sit realis, quatenus scil. oritur ex Jure in re, l. 4. ff. com-  
 mun. divid. & competat propter res omnes præter hæreditatem  
 communes, l. 1. l. 4. pr. l. 13. ff. d. r. præcipuum autem, ut con-  
 stans sæpius ex lucro, inspectâ regulari lucri naturâ, referatur  
 inter communia. Imò quòd intendatur non tantum propter  
 res sine societate, sed & cum societate inter aliquos communes,  
 l. 2. pr. ff. d. r. Attamen rem penitiùs considerantes, & hanc  
 ipsam hinc excludi reperimus, quòd hæc actione communium re-  
 rum divisio principaliter petatur, l. 1. ff. d. r. illaque eo fine in-  
 stituatur, ut socij à societate recedant, quia nemo in communio-  
 ne manere cogitur, l. fin. C. eod. Nec denique ex hoc præcipuo  
 conditionem ex statuto descendere existimamus, quoni-  
 am de genere actionis, quo experiendum, satis cautum est in  
 fin. §. Wann nun, part. 4. tit. 4. Württ. LandR. uti etiam mox  
 videbimus. Et illa conditio ad præcipuum hoc comparandum  
 idè, quòd illud actionem realem, qualis conditio non est, o-  
 mninò requirat, non sufficit, arg. d. §. in fin.

§. 42.

Nos itaque ex præcipuo, ad illud consequendum, actionem  
 realem, Rei scil. vindicationem competere concludimus,  
 arg. §. Wann nun, verb. als das seinig hinweg nemmen. Württ.  
 LandR. part. 4. tit. 4. quæ sanè verba nil nisi rei vindicationem  
 indigitant: quâ enim actione reali superstes bona illata, vel ex-  
 tra causam societatis proprio jure quæsitâ consequi potest, illa  
 omninò etiam ipsi tribuenda est propter reliquas res præcipuas,  
 quæ ex lucro tales sunt, sibi consequendas, idque ex statuti dis-  
 positione, in d. §. notata; ita, ut verba illa, als das seinige/ non  
 sint referenda solùm ad proximè hæc præcedentia, wie nicht we-  
 niger

Qq



niger sein zugebrachte- und ander Gut/ auch was er sonst von  
 seiner Linien her ererbe / oder sonst ihme vermacht / verschafft /  
 und zugefallen. quia plura in d. §. ponuntur subjecta, quibus  
 hoc unicum prædicatum, als das seinige / subjicitur: Unde ne-  
 cesse est, illud etiam omnibus illis competere, aliàs sequeretur,  
 aliqua proposita fuisse subjecta sine prædicato, & sic terminum  
 propositionis unum, non totam propositionem adjectam, quod  
 de Serenissimo nostro Legislatore ne cogitandum quidem est.  
 Deindè cum ad minimum illud in dubium vocari nequeat, ex  
 præcipuo dari actionem realem, illa autem alia esse non potest,  
 quàm quæ oritur ex jure hereditario, vel illo excellentiori jure  
 in re, dominio scilicet; atqui non ex jure hereditario, quia elu-  
 deretur iste, qui ad præcipuum hoc consequendum hereditatis  
 petitione agere vellet, quippe quod vi Statuti, non ex jure he-  
 reditatio superiventi attribuitur: Ergò ex dominio, atque ita  
 rei vindicationem ex præcipuo oriri apparet; etenim actiones  
 mixtas, qualis etiam hereditatis petitio est, nullum hic inveni-  
 re locum, nunc antè demonstratum est. Quoniam verò rei vin-  
 dicatio non competit, nisi dominium rei jam sit acquisitum;  
 omnis autem dominij acquisitio præsupponat titulum ad domi-  
 nium transferendum habilem, atque idè ipsam translationem  
 & acceptionem: Quapropter & hoc in casu titulus iste erit so-  
 cietas, à Statuto introducta, cujus solius intuitu hoc transfertur  
 præcipuum, ex ea ratione, quia illà remotà inter Conjuges bo-  
 norum communicatione, omne etiam præcipuum inde cessaret.  
 Est tamen hæc traditio neque vera, neque ficta, cum hic adsit  
 transitus legalis, qui idem operatur, ac traditio vera, vel ficta.  
 vid. omninò *Disput. de Transitu legali, habit. Tubinga Ann. 1666.*  
 Verùm, quòd Marito in prædictis rebus præcipiendis sapius ele-  
 ctio detur, d. §. Wann nun. ibi: nach sein (des Manns) selbst  
 gefälliger Wahl. *Württ. Land R. part. 4. tit. 4.* & sic facultas  
 eligendi concessa ponat incertitudinem; idèque præceptionem  
 præcedat electio necesse est, quia rei vindicatio tùm demùm da-  
 tur, si res certa, & in libello actionis à petitore designata sit, l. 6.  
 l. 73. ff. de R. V. Et hæc bona ex Jure singulari præcipienda ma-  
 ximè respiciunt, cum de allatis, nullum sit dubium, quin super-  
 stes illa primò omnium repetat jure vindicationis, Besold. ad  
 J. P. W.

J.P.W. *rb.* 14. modò, quid intulerit, probaverit: Cephal. *vol.*  
*§. consil.* 671. n. 24.

§. 43.

Quod si ipsum Jus præcipiendi negetur, tunc ad illud consequendum actionem aliquam præjudicialem, se legitimum Conjugem, & societatem vi statuti introductam, tacito quoque illius consensu confirmatam fuisse, superstes Conjux intentare valebit: Aut si Juris præcipiendi, quod forsitan alter Conjugum ex legato, hereditate, vel re donata habet, usus impediatur, nec ejus quasi possessio tradatur, vel quodammodò turbetur, quo casu ejusmodi Conjugi utilis dabitur actio confessoria, quâ hoc sibi præcipiendi jus competere intendit, simulque ejus declarationem, & liberum usum contra possessorem seu impediendum petit. Vel etiam utilis Negatoria, si tertius jus aliquod præfatis in rebus sibi competere prætendit, ad illud ipsi negandum.

§. 44.

Cùm verò in rerum deductarum possessione Conjugem esse, & ex ea vel dejici, vel in ea quocunque modo turbari contingat, ipsi vulgatissima illa recuperandæ & retinendæ possessionis interdicta, Utrubi nimirum, uti possidetis, & unde vi conceduntur, quibus ad possessionem rerum mobilium & immobilium recuperandam, retinendam & defendendam contra dejicientem & turbantem agere poterit.

CAP. VI.

Tractat de debitis ex præcipuo solvendis,  
& periculo ex eodem præstando.

MEMBRUM I.

De

Debitis ex præcipuo solvendis.

Qq 2

§. 45.



§. 45.

Cæterum, quod ex ratione initæ societatis simpliciter bonorum, ea tantum, quæ ex Conjugum quæstu, & adhibitâ illorum operâ proveniunt, utrique communia fiant, suâ sponte sequitur, & illa, quæ in causam hujus societatis impenduntur, socialia debita dici contracta, *arg. l. 12. ff. pro soc.* Vel etiam, si ab utroque in hac conjugali societate æs alienum sociale sit confectum, illud ab acquisitis dissolvendum erit: **Würt. LandR.** *part. 4. tit. 4. §. nemblich.* verb. Wann die Schulden von beyden Eheleuten gemacht, sollen dieselben von dem gemeinen in solcher Ehe durch beyde Ehegemächte errungen und gewonnenen Guth erstattet werden. *Besold. ad J. P. W. part. 4. th. 13. Gu-tierez. lib. 2. quest. pract. 129. n. 1.* Aut si unus tantum illorum debitum aliquod contraxerit, modò fuerit sociale, exsolutio ejus ex acquæstu peti poterit, *arg. §. Wo aber. part. 4. tit. 4. Württ. LandR.* Hinc, ut priora repetamus exempla, si Maritus constante matrimonio, equos, bibliothecam, arma bellica, vel similia sibi comparaverit, & exinde æs alienum contraxerit, utique ex æquo ex bonis communibus exsolvi debet. *Besold. ad J. P. W. part. 4. th. 16.* Quamvis enim ejusmodi res Mariti tantum usui serviant, ipse etiam ex equis unum vel plures, aut istos libros, & arma, sive alia instrumenta præcipui loco, præmoriante uxore, petere possit **Württ. LandR.** *d. part. 4. tit. 4. §. Wann nun.* hoc siquidem fit ex speciali, de qua supra mentionem fecimus, Juris nostri statutarij concessione, cum aliàs Maritus iisdem non sibi soli, sed in communem familiæ utilitatem utatur, ita, ut quicquid lucri inde consequitur, ad conjugalem referatur acquæstum, atque inverso mortalitatis casu, uxor quoque non tantum illius particeps reddatur, sed dimidiam in super prædictorum bonorum partem, factâ divisione acquirat: **W. LandR.** *part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuth. junct. §. Wann nun. part. 4. tit. 4.*

§. 46.

Item, si pretium aurearum catenarum, annulorum atque similia **Uxoris ornamentorum** durante Conjugii tempore acceptorum



ptorum adhuc debeatur, dicendum erit, quod ex acquæstu, tanquam commune debitum illud persolvatur. Licet enim nullum æs alienum, nisi quod ab uno sociorum in societatis commodum contractum, veniat in societatem simpliciter bono cum, l. 29. ff. pro soc. hic verò ornatus saltem illam in se habeat utilitatem, ut splendori uxoris subserviat, l. 25. §. 10. ff. de aur. & arg. legat. quoniam tamen iste in Mariti honorem ab ea gestatur, arg. l. 5. §. 10. ff. Commod. & illius, veluti lucri conjugalis constante matrimonio acquisiti æqualis Maritum inter & uxoris suæ defunctæ heredes divisio instituitur, arg. dd. §§. W. Land R. proinde etiam, quod ex hac emptionis causa erogandum est, è re communi tanquam æs alienum sociale præstetur. Aut si de jo- calibus, quæ in usu quotidiano uxor habuit, tantùm sermo sit, ad quæ cum Maritus ob dotem acceptam, cujus gratiâ matrimo- nij onera sustinet, l. 7. pr. ff. de iur. dot. l. 65. §. fin. ff. pro soc. non minus, quàm ad alimenta Uxori suppetitanda tenetur, Mæv. ad l. Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 4. num. 43. ipse etiam debitum pro- pterea contractum ex bonis propriis exsolvere debeat: Verùm, quod, qui commoda habet, habeat quoque incommoda, l. 10. ff. de R. l. l. 52. §. 4. l. 55. ff. pro soc. hinc uxor, quæ de dotis fru- ctibus hodierno jure participat, Lopez. de lucro Marit. & uxori. cap. 6. n. 11. simul & de debito harum vestium causâ confecto participet, arg. l. 7. pr. l. 56. §. 1. ff. de iur. dot.

§. 47.

Quæ verò causam hujus societatis non tangunt, nec in il- lius utilitatem facta sunt unquam debita, non rectè socialia di- ci tradit Gutierrez. lib. 2. quæst. pract. 128. n. 4. verè non obstat primum. Ideòque nec societati imputanda, sed ex præcipuis cu- jusque Conjugis socii bonis præstanda; ita ut facile evenire possit, quod ipsa, solutâ societate, aliàs præcipienda, per hanc æ- ris alieni persolutionem non minuantur tantùm, sed penitùs et- iam adimantur. Quapropter, si Maritus aut Uxor ad rei pro- priæ conservationem, refectionem, exornationem aut amplifica- tionem mutuam constante matrimonio acceperit pecuniam, & idèd æs alienum contraxerit, illud tanquam causam consortij conjugalis non respiciens, solus Conjux contrahens de propriis bonis

Qq. 3



bonis solvere tenetur, Georg. Everhard. *vol. 1. consil. 63. n. 21.*  
 Vel, si alter illorum de re suâ litem moverit, illam verò postea  
 valdè dubiam crediderit, atque propterea aliquo dato, vel pro-  
 misso transegerit, alter hujusmodi promissi nomine non obliga-  
 tur, sed ipse litis dominus hoc onus, quod impensis in rem fa-  
 ctis non modicis æquiparatur, ferre debet. Non aliter atque  
 comparatum est cum illo, qui indebitam accepit solutionem, ab  
 ipso postmodùm restituendam: Hoc enim debitum nec utilita-  
 tem, nec societatis onus respicit: vid. Hector. Felic. *tr. de So-  
 ciet. tit. 30. n. 6.*

§. 48.

Sic etiam, quod Maritus convivii, splendido vestitu, mul-  
 tà prædiorum emptione, aleâ, Baccho, Venere dissipavit, aliisq;  
 prodigalitatibus species æs alienum contraxit, illud tanquam  
 propriâ culpâ confectum debitum, propria etiam ipsius bona  
 aliâs à communibus deducenda imminuere, vel extinguere o-  
 mnia, non veremur asserere; idque sive Jus Civile aspiciamus,  
 exigentes quæstionem ad normam societatis simplicis, propter  
*l. 59. in fin. ff. pro soc.* sive jus nostrum statutarium consideremus,  
 à vero non aberramus: Textus enim hanc in sententiam satis  
 apertus extat in §. Wo aber selbige Schulden nicht von beyden;  
 & sequentibus his verbis: sondern allein dem einen Ehegemächte  
 mit seinem verthunischen / zehrhaften / prächtigen / und unnützen  
 Wesen (nisi Uxor in eadem prodigalitatibus culpâ sit: verb. ohne  
 des andern Ehegemächts zuthun. Hoc enim in casu simul eam  
 luere debet) verursacht / sollen solche Schulden nicht von den  
 gemeinen errungenen / sondern des jenigen Ehegemächts / welches  
 berührte Schulden allein verursacht / (ohne Unterscheid / es seye  
 der verstorben oder lebend) angebührnuß des errungen und ge-  
 wonnenen: und wo sich dasselb so weit nicht erstreckt / von dessel-  
 ben Ehegemächts übrigen engenem Guth (ohne allen Nachtheil  
 des andern Ehegemächts) bezahlt werden. Würtemb. LandR.  
*part. 4. tit. 4.* Et hoc Juris & æquitatis esse propugnant etiam  
 Harbajus *tr. de reb. quotid. cap. 14.* ibi: *quid si manifestissimè  
 prodegerit Maritus.* Frideric. Solis *in tr. de bon. constant. matrim.  
 acquis. quest. 23. per tot.* & alii præterea multi, relati apud  
 Christina.

Christinae. ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 11. n. 10. circ. fin. Quamquam alii hic recedant, & contrarium verius esse doceant: Petr. Sanz. de bonor. divis. lib. 2. cap. 13. n. 15. Petr. Peck. de testament. Conjug. lib. 2. cap. 6. n. 6. Christian. Rodenburg. tract. de iure conjug. lib. 1. tit. 2. cap. 1. n. 6. Burgund. in tr. de Evict. cap. 34. n. 1. & 4. Neostad. de pact. ante nupt. gloss. 9. in not. circa fin. Siquidem hi ad maritalem potestatem (quam veram & primariam quoque illius communis dispendii rationem allegavit iam laudatus Christian. Rodenburg. in d. cap. 1. n. 7. ibi: Nec est, quod arbitretur aliquis, hoc rationem non habere: Quid? num mulier gravabitur bona sua ejus arbitratus submittere, cui se ipsam quasi mancipavit, &c.) & ad propria sua respexerunt Jura, quæ cum strictè sint interpretanda, ad alia protendi nequeunt statuta. Cæterum quid de debitis ex aditâ hereditate, incon- sultâ donatione, & fidejussione, item ex delictis ab alterutro Conjugum contractis, atque de aliis apud Dd. satis nobilitatis quaestionibus obtineat, illud plenâ manu pertractatum reperire licet in Dissur. Inaugur. de Aere alieno in societate conjug. contract. solvend. habit. Tubing. Anno 1669. ferè per tot.

## §. 49.

Reliqua autem quod attinet onera, quæ ex propriis Conjugum rebus debentur, siue privata sint, arg. l. 7. §. 2. in fin. ff. de usufr. vid. Carpzov. lib. 1. Respons. 10. n. 13. Add. etiam Garf. tract. de expens. & meliorat. cap. 11. n. 46. siue publica; eaque vel ordinaria, vel extraordinaria, arg. l. 28. ff. de usufr. leg. Garf. dict. tract. cap. 11. n. 48. illastamen res tanto cum dispendio non afficiunt, quin potius æri alieno annumeranda sint sociali; quia cum vi societatis hujus conjugalis bona hæc quoad fructus quærendos utrique Conjugum fiunt communia, per superioris dicta; æquitatis ergo ratio exigit, ut illorum etiam onera utrumque æqualiter premant, præsertim quod hæc præstationes, hæcque impendia fructuum sint onera, l. 13. ff. de impens. in res dor. fact. illaque iidem, ad quos fructus pertinet, subire teneantur, l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. de usufr. Garf. d. cap. 11. n. 46. & seq. modò fructus ejusmodi percepti his etiam oneribus præstandis respondeant; nam aliàs alteri Conjugi, qui fructuum tantum

tantum particeps est, durissima infligeretur conditio. Atque hæc de oneribus dicta ad debita quoque ob expensas, sed modicas tantum, quibus res facta tecta conservatur: *arg. d. l. 7. §. 2. ff. de Vsufr.* optimo Jure extendi possunt.

## MEMBRUM II.

De

### Periculo ex præcipuo præstando.

§. 50.

Si res Conjugum propriæ propriâ illorum culpâ perierint, periculum solum eorum erit, ut ex acquæstu omnino nihil, ne quidem illarum æstimationem petere possint, *arg. l. 59. §. 1. ff. pro soc.* Quod si tamen res unius Conjugis propriæ alterius culpâ, sive levis sive latâ, quæ & dolum hæc comprehendit, *arg. §. fin. l. de Societ.* non verò levissimâ, *arg. d. §. fin.* notoriâ tamen, quia in dubio inter Conjuges culpa non præsumitur, *Württ. LandR. part. 4. tit. 4. §. Doch so eines: ibi: Kundbare Schuld und verursachen:* nec absolutè ad prudentis Patriscam. diligentiam relatâ, *arg. l. 72. ff. pro soc.* deperditæ fuerint, damnum hoc culposus Conjux de suis propriis bonis præstare tenetur, *arg. d. l. 72. l. 20. ff. commun. divid. arg. d. §. Doch so eines. ibi: als da ihme ohne des andern Ehegemächtes kundbare Schuld und verursachen.* Molina. *de l. & l. disp. 433. n. 10.* ita tamen, ut hæc in culpæ æstimatione diversæ etiam loci, temporis, & rerum circumstantiæ probè observentur. Verùm si res ejusmodi corruptæ, vel planè extinctæ post illarum illationem taxationis tantum gratiâ æstimatæ fuerint, an hæc simplex æstimatio naturalem periculi culposi præstationem augeat, haud frustranea quæstio est, quippe quæ præclarissima etiam ingenia ad affirmativam impulit. *Frantzk. in Comment. ff. tit. Commod. n. 44. & seq. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 24. th. 3. Rauchbar. lib. 2. quest. 29. n. 24. per l. 5. §. 3. ff. Commod. l. 52. §. 3. ff. pro soc. & hanc rationem, quod aliàs nihil operaretur facta hæc rei æstimatio. Negativa verò, cum fortioribus sustentetur rationibus, vid. l. fin. ff. de Præ-*

*ff. de Prætor. stipul. l. 4. pr. ff. de Usur. ideoque & nobilissimo-  
rum Scriptorum tulit suffragia, Molina de l. & l. diff. 295. n. 9.  
& 10. Petr. Costal. ad d. l. 5. §. nunc videndum. n. 5. & seqq. Ni-  
col. Burgund. in Comment. de peric. & culp. in contract. cap. 12.  
n. 4. & seqq. Zæf. in Comment. ff. tit. Commod. n. 10. atque ali-  
orum plurium, qui hâc de re omnind consulendi sunt.*

§. 51.

Sed si quid casu fortuito, qui scilicet nullâ humanâ diligen-  
tiâ, vel prudentiâ ab illo, qui eum patitur, præcaveri potest, l. 2.  
§. 7. ff. de administr. rer. ad Civit. pertin. l. 23. ff. de R. l. Sebast.  
Medic. tr. de cas. fortuit. part. 1. qu. 12. n. 1, ex rebus constante  
matrimonio acquisitis, certo tamen casu præcipiendis perierit.  
E. g. Equi, vel boves prædicto modo comparati mortui, aut bi-  
bliotheca deperdita vel corrupta; aut arma bellica, vel alia in-  
strumenta amissa; aut vestimenta, tum pretiosa, tum quodia-  
na deteriora facta fuerint, periculum hoc commune esse negari  
nequit: Namque licet quædam ex his ad Mariti vel Uxoris,  
altero eorum præmortuo, præcipuum pertineat, fit hoc tantum  
ex Jure speciali, ut modò suprâ monuimus, & per accidens, quod  
non impedit, quò minùs ejusmodi damnum superveniens ex  
bonis communibus resarciatur, cum facilè contingere potuisset,  
ut bona illa ita præcipienda in verso mortis eventu, postea tan-  
quam communia inter superstitem & defuncti heredes divide-  
rentur, per superius allegata.

§. 52.

Quanquam verò fructus rerum dotalium secundum Jus  
commune solius Mariti sint, l. 7. pr. ff. de iur. dot. Sed introdu-  
ctâ hodie inter Conjuges bonorum societate, ipsis communi-  
centur, Rosenthal. de feud. cap. 10. conclus. 5. n. 29. Cassanæ. ad  
consuet. Burgund. rubr. 4. §. 3. ferè in fin. quoniam tamen à fru-  
ctuum communicatione ad periculi præstationem falsa sit argu-  
mentatio, vid. l. 65. ff. de usufr. l. 19. §. 3. ff. usufr. quem adm. cav.  
ideoque si res dotales fuerint fungibiles, quarum dominium ir-  
revocabile in Maritum transit, ipsius periculo sunt, l. 42. ff. de  
iur. dot. nisi societatis causâ perierint: Sin verò corpora ab

Rr

Uxore



Uxore in dotem data fuerint, & quidem illa æstimatio præcellerit facta venditionis gratiâ, Maritus tunc illorum dominium acquirens irrevocabile summæ velur pretii debitor constituitur, *l. 5. C. de iur. dot.* & omne periculum sustinet, *l. 10. pr. l. 12. §. 1. ff. de iur. dot.* Brunn, *ad d. l. 5. Max. ad ius Lub. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 208.* Sed si taxationis gratiâ æstimatio fuerit facta, periculum quidem Marito tanquam Domino imputatur; quia tamen ipse speciei est debitor, speciei autem obligatio casuali rei interitu extinguatur, quare Uxoris potius hoc in casu periculum erit, *arg. l. 69. §. 7 ff. de iur. dot. l. 50. ff. solut. matrim.* Petr. Barbof. *ad d. l. æstimatis. 50. n. 29.* nisi in dotis contractu electio rerum, vel æstimationis expressè Uxori sit excepta; tunc enim, si æstimationem elegerit uxor, periculum ad Maritum pertinebit; aliâs ipsis rebus electis periculum Uxori cedit, *l. 10. §. fin. ff. de iur. dot.* Covarruv. *quæst. præctie. tom. 2. cap. 28. n. 5.* Si tamen expressâ vel tacita inter Coniuges de rei peremptæ æstimatione restituenda conventio intervenerit, pacto huic debitori standum erit, *vid. l. 66. §. 14. ff. solut. matrim. l. 21. C. de iur. dot.* Brunnem. *ad l. 1. C. solut. matrim.* Nulla verò si accesserit æstimatio, & corpora illa inæstimata, mobilia sint vel immobilia. Carpzov. *part. 2. Constit. 42. def. 19. & 20.* perierint, periculum Uxori tantum manebit, *l. 10. pr. & §. 1. ff. de iur. dot.* Et idem in actionibus & Juribus aliis in dotem cessis obtinere, docet Petr. Barbof. *ad d. l. 50. ff. sol. matrim. n. 6. & seqq.*

§. 53.

Re, donationis nomine, & quidem certâ specie propter nuptias à Marito in Uxorem translata peremptâ, damnum hoc Uxori solum ferendum erit, ita ut Maritus aliam similem rem substituere non debeat, sed ipsa omne hujus donationis lucrum post Mariti mortem pacto aliâs vel statuto consequendum illius interitu amittat, non observatâ illâ Juris regulâ, propositâ in *l. 9. C. de pign. act.* quòd periculum ad Dominum, qualis etiam semper est, & manet Maritus rei hujus ob nuptias donatæ Dominus, pertineat: hæc enim illam notabilem recipit limitationem, nisi & idem Dominus ejusdem speciei sit debitor, quia tunc re in specie debitâ sine debitoris culpa casu perditâ debitor liberatur.

*l. 23. ff.*

l. 23. ff. de V. O. Creditoris verò, quanquam non Domini ipsa  
tùm statim periculo esse incipit, Nobiliss. Dn. D. Bardili in dict.  
diss. de donat. propt. nupt. th. 18.

§. 54.

Pariter, cùm reliquorum bonorum, quæ Conjuges ante  
contractum bonorum inter ipsos commercium pleno Jure habu-  
erunt, proprietates invicem non communicetur, per citata lura, &  
allegatos Dd. consequens est, illa etiam perempta suo perire do-  
minio, l. 58. pr. ff. pro soc. d. l. 9. C. de pign. action. W. Land R.  
part. 4. tit. 4. §. Doch so eines Ehegemächts: ibi: oder zugestanden  
denen Unfall hinweg gehen: Als da ihme ohne des andern  
Ehegemächts fundbare Schuld und Verursachen sein Haus/  
Scheitern oder dergleichen Gut verbrunnen/ alters halb einge-  
fallen / etc. soll ihme darsür von des andern Ehegemächts Gütern  
keine Widerstattung geschehen. Besold. ad J. P. W. part. 4. th. 30.  
Molina. de l. & l. diss. 433. n. 10. Non obstant. l. 25. §. 6. ff. locat.  
l. 52. §. 4. ff. pro soc. quarum altera de lucri & damni fructuum  
communicatione: altera verò de damno ex causa communis so-  
cietatis contingenti præstando tractat: aded ut nec ex aquæstu  
sint refundenda, cùm textus in l. 30. ff. pro soc. qui aliàs nobis  
contrarius esset, non agat de lucro & damno in re unius socii  
propria, sed communi dividendo: Sicut & textus notatus in Ju-  
re Prov. Württ. part. 4. tit. 4. §. Da nun von des Manns. & seq.  
§. Also und hinwiderumb: verbis illis generalibus: Da nun  
von des Manns oder Weibs zugebrachten / oder von seiner oder  
ihrer Einnien her ererben etc. ich was zu gemeiner Haushaltung zu  
Nothdurfft/ Nutzen und Gutem / etc. in wehrender Ehe verkaufft/  
verändert/ eingebüßt / etc. ist dasselbig von dem gemeinen errungen-  
und gewonnenen Gut billicher æstimation oder Werth nach zu  
ergänzen. non loquatur de casuali, quo de nos agimus, præstan-  
do periculo, sed de rebus illatis communis domesticæ utilitatis  
causâ consumptis, ex aquæstu supplendis, vel secundum illo-  
rum æstimationem redintegrandis. Et hæc aded vera sunt, ut  
nec æstimatio periculum faciat commune, per generalitatem tex-  
tus in d. §. Doch so eines Ehegemächts. part. 4. tit. 4. W. L. R.  
& hanc rationem, quòd, ubi non agitur de dominij translatione,

Rr 2 qualem

qualem nec res prædictæ in societatem illatæ admittunt, ibi regulariter taxationis gratiâ æstimatio fiat, atque per hanc nullum transit periculum, l. 17. § 1. ff. de præscr. verb. Non obstant. l. 52. §. 3. ff. pro soc. cùm ibi aliquod speciale pactum, quo dominium pecoris æstimatò dati sit communicatum, præsumatur. Neque hæc de immobilibus tantùm, sed mobilibus etiam, & fungibilibus quibuscunque allatis, vel extra societatis titulum quæsitis, si non societatis gratiâ perierint, aut corrupta fuerint, intelligenda esse, probatur arg. §. Also auch: ibi: Es were gleich an ligen den Gütern oder Paarschafft. l. 58. §. 1. ff. pro soc. Lugo de l. & l. disp. 30. sect. 3. n. 23. arg. l. 52. §. 4. & d. l. 58. pr. & §. 1. ff. pro soc. idque sive æstimata fuerint, sive non æstimata, per superius adducta; nisi æstimatio respectu omnium jam enarratorum bonorum venditionis gratiâ facta sit, quod etiam fieri posse videre licet ex d. §. Also und hinwiderumb: verb. bevorab wann solche Gruet anfangs ihrer Ehelichen Zusammenfunfft an ein gewiß Geld angeschlagen/ und vom Mann also angenommen. part. 4. tit. 4. Württ. LandR. vid. etiam Petr. de Ubald. tr. de duobus fratr. part. 5. qu. 25. n. 27. vers. solvatur. quo casu periculum communi Conjugum societati imminere non dubitamus, arg. d. l. 58. pr. ff. pro soc.

## CAP. VII.

### Exhibet Cognata, & Contraria.

#### §. 55.

Tandem cum hac præcipui separatione quandam cognitionem habere videtur I. Illa prærogati sive præcipui deductio, quæ secundùm LL. Parisienses Parentibus decentibus Filio primogenito pro suo Jure primogenituræ competit, ita ut illud ipsum nec dividi, nec conferri, sed ante omnia eximi debeat, quàm ad bonorum feudalium divisionem procedatur: de quo pluribus videndus Carol. Molinæ. ad Consuet. Paris. §. 8. gloss. 1. 2. 3. 4. 5. & §. 9. gloss. 1. & seqq. item §. 10. per tot. II. Ea separatio, quæ Creditores aliis extra concursum prælati Edictali



Edictali processui sese immiscere non coguntur, sed ipsis statim à reliquis creditoribus separatis bona propria restituuntur.  
**III. Collatio per præceptionem sive Civilis**, de qua jam supra mentio facta, quando quis dotis nomine, vel alia ex causa quid præcepit, postea tamen illud iterum confert, sed quasi realiter, cum ex bonis hereditariis (minus scilicet capiendò, wann er so lang in der Theilung still stehen muß / biß die andere auch so viel bekommen / als er schon hat) tantum remittat, quantum illi, quibus confert, ex collatione habere debent. exempla vid. in l. 1. §. 12. ff. de collat. honor. l. 5. C. de Collat.

§. 56.

**Contraria**, quæ præcipuum constituendum impediunt, vel illud jam constitutum resolvunt, cum ex Subjecti tractatione satis cognosci possint, ideòque B. L. eò remittimus: saltem id hoc loco quærentes, utrum testamentariâ alterutrius Conjugis dispositione præcipuum, de quo hactenus actum, impediri possit? Et nihil nos veritati perituum censemus, si impediri vel auferri posse negaverimus, ad quam etiam propugnandam hoc juvatur argumento; quòd ille tantum Conjux, ad quem res præcipua spectat, de ea liberè testari valeat. **Würt. Land R. part. 3. tit. 7. §. Was dann.** & sic eo ipso alteri denegetur, cum de eadem re, non communi, idem testandi jus duobus neutiquam detur: Atque hæc sententia in rebus jure domini præcipiendis omnium sine dubio fert calculos. Quid verò de bonis vi statuti deducendis judicandum sit, difficilioris quæstionis est; Affirmativam hîc tueri videtur insigne hoc, ut se ostendat, fundamentum, quod, cum tempore ejusmodi testamenti utroque Conjuge in vivis adhuc existente conditi res, subsequuto demum certo aliquo casu præcipienda, adhuc sit communis, prohibens etiam Conjux pro sua parte illius Dominus, necessarium quoque sit consequens, & ipsum de illa pro arbitrio testari, atque sic hâc ipsâ dispositione præceptionem impedire posse; adductâ illâ ratione, quia cuivis, qui nec naturâ impeditur, nec lege prohibetur, de re sua disponere concedatur. **Verùm non est, ut hæc nos turbare queant, siquidem dominium**  
 illud



illud in Coniuge testatore, vel testatrice vi statuti ita qualifi-  
catum & conditionatum est, ut, posito certo mortalitatis, vel,  
alio aliquo dissolvendæ societatis eventu in alterutrum Conju-  
gum transeat, atque sic omninò revocabile sit, ad exemplum  
l. 12. §. 2. ff. famil. erisc. l. 66. ff. de R. V. l. 1. §. 4. ad Sct. Syllan.  
& Claud. Quid? quòd pro nostra hac sententia palmarium  
etiam sit argumentum, quod deductum est ex Nov. 22. cap. 33.  
quâ sine effectu omne illud esse sancitur, quando privatus  
lucrum à lege datum facto suo minuere, vel auferre  
intendit, Carpzov. in Iurispr. forens.

part. 3. const. 7. def. 3.  
num. 2.

Tantum.

DEO SOLI GLORIA.


Ha 16 52 <sup>6</sup>  
=


(113)

ULB Halle 3  
003 344 495  


VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

133

AUGURALIS

PUO  
GUM,

*S*drauz  
the/

O NUMINE  
*Permissu*

AMPLISSIMI  
N CELEBERRIMA  
UNIVERSITATE

JURE HONORIBUS  
CTORALIBUS

*ni submitte*  
AMVS FABER,  
enb.

*toris locoq; consuet.*

WELPERIANIS.  
LXX.

